




UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT
9000



Soc^tis Jesu Corbaci

EPISTOLAE

Gulielmi Budęi Regii Secretarii.



Vęnūdantur in officina Iodoci Badii cū gratia & priuilegio in triennium.

S. C.

Gulielmus Budęus Richardo Paceo.S.

PVdetet me iterum prouocatũ iãdiu tibi non rescripsisse: si mihi quoquo modo incuria vitio verti posset. Quinto Idus Decembres Brugis tum agens scripsisti expectari in dies a te editionem libri tui, de fructu qui ex doctrina percipitur: eiusq; vnũ exemplar mox te mihi missurum. Literis tuis acceptis, incerto rumore audiui in Vrbẽ Romã legationis obeũdę gratia primo quoq; die te profecturũ. Quare etsi auebam amicitiã tecũ hoc genere officii, vicissitudineq; scribendi in posterũ contrahere: sustinendũ tamẽ esse existimaui, quoad certiorẽ de te nũciũ mox haberem. Nuper autem ad me ex comitatu Regis scripsit Normania regius caduceator: te quum istic ipse esset, sciscitatũ a se esse, ecquid Budęum nosset: & satin salue ageret: verbisq; tuis ille iubebat me poscere si rei cuiuspiã quę vsq; in Britãnia esset, egerẽ: quę quidem tui muneris esse posset. Te enim operam quãdã strenuã & benignã cupere mihi nauare. Tũ addidit quãtũ auctoritate, & opib9 in regno isto polleres: quãta gratia apud Regẽ flagrares. Quo nuncio tãtopere exhilaratus sum, vt in sinu fere literas tuas eiusq; hactenus habuerim, obuio cuiq; amicorũ ostẽtãs: nõnullis etiã ob oculos obtrudẽs qui mihi nimiũ literarũ amorẽ vt dãnosum crimi

ni dare solet. Mihi certe ineptire ipse interdum in huiuscemodi rebus videor prę lętitia: & magnificētius q̄ pro meis spiritib⁹ in publicū prodire: homo vtiq̧ nō ita multū sortis ꝓprię admirator: vt ne industrię quidē satis benignus ęstimator: vtpote qui ex officina mea ꝓdeuntia minoris iudicare ęquis ac bonis arbitratoribus videar, q̄ quāti esse possint siquādo eiusmodi rebus gratia apud nos condigna accesserit. Quū autē tabularū mearū rationē, quas in hac negociatione Philologiæ iādiu cōficio, ita ferme instituerim, vt quęstui quidē nullā dū pagellā destinauerim: amicorū vero accessionibus totū semp codicem implere cōcupierim: sic mihi (nisi fallor) res cessit, vt fortunarū dispēdiū nō spernendū cōpēsare opibus possim copiosę ac multiplicis amicitię. Verū quū multos amicos, in hisq̧ viros egregios, in patria quæsiuerim: quorū auctoritatē fortunis meis, meorūq̧ p̄sidiū atq̧ etiā subsidiū afferre sæpenumero mihi licuit: si animū & oculū ad rē factitādā adiecisse: fit tn̄ nescio quo modo vt externis magis amicitiis rationē mihi cōstare putem insani literarum amoris: quem multi etiam vęcordem esse putant: iisq̧ amicis magis exultem, quibus vti nequeo vt rem saluā vel ampliorē faciā, ne frui quidē animi causa, & familiariter īteruisere. Quo fit vt externorū epistolas velut

exoticas merces ac vendibiliores elatius inter no-
ſtros proferã ac venditẽ. Adeo nihil ꝓpius factũ
eſt his alteris tuis literis,q̃ vt librũ meum de Aſſe
exoſcularer,q mihi clariſſima vna in prouincia tot
ſimul amicos vno nomine taleſq; conciliauit: & tã
luculenta acceſſione rationes meas auxit. Ais eñ
in amore,atq; etiã (ſi credere ipſe ſuſtineo) admi
ratione mei ſocios tibi eſſe Linacrũ,Morũ, Ton-
ſtallũ,& Latymerũ cũ nõnullis aliis:quorũ vt Ton
ſtallus & Linacrus epiſtolarũ cõmercio mihi iam
coniuncti ſunt:ita alii olim fortaſſe notiores mihi
erunt, ſiquãdo res ita nata fuerit.Hos eoſdem ti-
bi magnopere amicos eſſe ex libri tui recens editi
lectione intellexi:in quo cũ ipſo ingeniũ tuũ mihi
Pacee doctiſſime eruditionẽq; probaſti:tum vero
aĩm iſtũ mirifice amplector & exoſculor:ſic litera
rũ ſtudio deuotũ & addictũ, vt ne in intimã q̃dẽ
aulã admiſſus muſis nũciũ remiſeris: aut ſalutẽ ſe
mel earũ cultoribus dixeris. Quo magis cauendũ
mihi duco, ne eã culpã admittã in exiſtimationẽ
mei:vt i hoc priuato oppidanoq; ocio ceſſiſſe tibi
videar inter aulica munia ſatagẽti.Niſi ſi hęc laus
fortaſſe ꝓpria eſt Regis tui:cui tu clariſſimũ in
libro tuo teſtimoniũ dediſti:nõ tm̃ ꝓpẽſi in litera
tos viros animi, ſed etiã literis nõ leuiter imbuti.
Hoc autẽ poſterius vt credere tibi cũ aliquo vtiq;

fidei tēperamento in animū induxerim potius, q̄ fidem abrogarim veluti Regi tuo & beneuolo & munifico benignius iusto testimoniū redderēt: sic satis vel p se regiū esse puto hac ætate literas admirari, earūq; studiosos ornare, honoriq; adeo doctrinā ipsam habere. Id qđ de eo Rege haud dubie mihi psuaserim: q Linacros, Paceos, Tōstallos, Moros, Latymeros & veluti cohortē quādā palladiā in prętorio semp habeat, quo tāq̄ satellitio suc cinctus & instructus, visendus Rex & augustior aliorū Regū fastigio, prodeat in publicū, pcedat q; in cōsilia. Id siue verū est, siue ipse in maius imaginādo extollo: iuuat tamē reapse ita esse credere, nec huiuscemodi exemplū nostrā hanc regiā post hominū supstitū memoriā tulisse, fateri apud te ingenue: alioquin ipsam longe principē omniū in occidēte. Fatorūq; id mediusfidius fixo incircūdu ctiliq; decreto imputādū magis esse duco, q̄ regū nostrorū principūq; vitio: q nō tā ipsi arte doctos homines arceri ab aula sua volunt, q̄ semetipsi ab aula docti vltro pcul summouēt fatali nimirū aulicorū elegantiūq; ingeniorū dissidio. Id qđ ipsum quū pmulti etiā aulicorū mirabūde indignentur: haud dū tn̄ extitit curionū aliqs qui & de repu. & de re literaria hactenus mereretur: vt fœdū illud dissidiū dirimeret, literarūq; decus aulę Francicæ

accõmodaret. tãetsi Guido a Rupeforti Cancella rius eã gloriã affectauit, si p fatũ Parcasq; licuisset Nam vt id vltro in mentẽ principibus veniat, spe maius esse putatur post Carolũ Regẽ defunctũ: q ad literarũ fauorẽ deriuare liberalitatis partẽ insti tuerat vt creditũ est. Huius qui nũc regnat, vt na ra felicior & vberior, omnesq; corporis animiq; dotes multũ locupletiores atq; istructiores, ita stu dia & benignitas aliorsum detorta sunt sinistro quodã fato. Qđ vero ad me attinet, annũ iã plus duodeuicesimũ agere inter aulicos desii, quo lite-ris prolixius liberiusq; vacarẽ: quũ sub mortẽ suã Carolus in aulã me euocasset iam tũ studii litera-rii cõmẽdatione innotescẽtẽ: in qbus nõnihil pro-feceram. Sed iam in ore p̃cipue hominũ eẽ cœpe rã ob grecę linguę studiũ, quã sine riuali tũ ama-bã. Qđ quũ homines tũ nostri mirarẽtur, rumor in aulã vsq; manauerat (iam eñ Regis, nõ a secre tis, sed Secretarius erã) etsi studia literarũ in ab-dito colerem procul arbitris & magistris: ne mi-reris tanto tempore parum me profecisse. Post octauum circiter mensem a morte eiusdem Re-gis, cum degenerare in comitatu a meipso me sentirem, occasionem nactus ex aula me subdu-xi, nec vnq̃ postea ex quo ad ingenium meum re-migrasse me sensi, persuadere quisq̃ mihi potuit

vt denuo e studio migrarẽ: etiam si aliquoties aulam ad aliquot dies adii:& Romam interim legatiõe functus sum. Quare quod ad me de pace scribis, quasi in actu rerum aulicarum aliquę meę sint partes, non patiar vlterius te errare. Volo enim vt intelligas nullũ me negocium cũ aula, nihilq; plane cõmercii cum aulicis habere. De quibus quid sentiam, ex digressionibus meis in libro de Asse facile intellexeris, siquando tibi aliquot horas male occupare in animo fuerit. Belli pacisq; munia eadem propemodũ obeo. Reges Secretarios suos partĩ in hac vrbe, vbi cẽtenaria curia sedẽ habet: partim in comitatu suo habere solent: libero tñ oĩb9 vltro citroq; cõmeatu. Vrbanis (vt dixi) adiũxi me semel ex quo aulã valere iussi. Hic eñ familia nostra penates suos non obscurissimos habet. ex quibus duodeuiginti iisdem parẽtibus orti liberi: hæredes duodecim patri superfuimus. Proinde pacẽ votis tecũ adiuuare, nõ etiã cõsilio possum. Quippe qui inter Aulicos eo demũ tẽpore versor, quo Rex in hac vrbe manet, vnde iam annũ abest. Verũenimuero qm̃ de fœderibus & pace tuendis cẽsere mihi nõ item vt tibi datũ est in Principis cõsilio: iuuabit in sinu tuo susurrare quid iisdẽ de rebus sentiã & audiã: quandoquidẽ tibi hoi placido & hũanitatis amãti consilia pacis cordi esse video.

τῆς εἰρήνης οὖν πρόσωπον ἀρεστὸν καὶ φιλέορτον μὴ εἶναι, τὸ δὲ ὄνομα, κροτητὸν καὶ ἡδὺ, οὐκ ἄν τις ἔξαρνος εἴη, τῶν γε δὴ νουνεχόντων. σὺ γε μὴν ὦ φιλότης τὴν κατὰ χώραν ἐᾶν τὰ ἐσπασμένα, ἀμφοῖν ταῖν βασιλείαιν πάνυ τι φῂς διαφέρειν. ταῦτ' ἄρα τὴν εἰρήνην ἀσπάζῃ, καὶ περιβάλλεις σύ γε ὡς τιτθίδα τινὰ τῶν λόγων οὖσαν, τά τε μαθήματα περιέπουσαν. τὸν δ' αὖ πόλεμον ὡς ὄλεθρον μυσάττῃ τε καὶ ἀποτροπιάζῃ ὡς ἀπότροφον δῆθεν ὄντα τῆς φιλοσοφίας, καὶ τὰ πράγματα δὲ ἀμφοτέρων ἡμῶν τῆς βασιλείας ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ σφόδρα λυμηνάμενον. εἰσὶ δ' οἱ τῶν ἐνθάδε ἀγχινουστέρων, δεινοὶ μὲν ἴσως τά τε κατὰ τὸν πόλεμον καὶ τὰ κατὰ τὰς συνθήκας στοχάζεσθαι, οὐχ ὁμοίως δέ γε οἶμαι ἐμοί τε καὶ σοὶ φιλησύχως διακείμενοι τοὺς Βρετανοὺς φασὶ, νῦν μὲν ἀσμένους τοῖς ὁμολογημένοις ἐφησυχάσειν τε καὶ στέργειν τοῖς παροῦσιν, ἕως ἂν βεβαιότερον ἔχῃ σφίσι τὰ κατὰ τὸ Τόρνακον. τούτου μέντοι καλῶς καὶ τελέως ὠχυρωμένου, οὐχ ὑμᾶς ἤδη σαθρῶς τοῖς συμφωνηθεῖσιν ἐστήξειν, ὅπῃ ἂν τύχῃ τε ἀφορμῆς λαμβανομένους. οὕτω μὲν οὖν οὗτοί φασιν, διὰ δὴ πολλὰ φιλεῖ τοῖς σπονδοποιηθεῖσιν εἰκῇ ἐπιλέγεσθαι. αὐτὸς μέντοι σοι συνεπεύχομαι τὰ εὖ καὶ καλῶς κείμενα, μένειν κατὰ χώραν ἑδραίως, εἰ μὴ κατὰ πλείω χρόνον, ἀλλὰ ζώντων γε ἡμῶν. ὅπως ἂν γ' οὖν ἀδεῶς ἀλλήλοις ἀντεπιστέλλειν εἰς τοὐπιὸν ἡμῖν θέμις ᾖ, εἴ γε σοι καὶ τοῖς σοῖς φίλοις τοῖς αὐτοῦ, γνώριμον τὴν φιλίαν ἡμῶν ποιεῖσθαι ἀρέσει, παρά τε τοῖς νῦν πεπαιδευμένοις καὶ τοῖς μετὰ ταῦτα γενησομένοις, ὥσπερ καὶ οἱ ἄνωθεν κατὰ τοὺς

γονέας τοὺς ἡμετέρους ἐν τοῖς λόγοις εὐδοκιμοῦντες, πρὸς ἀλλήλους ἐπιστείλαντες, τὴν μνήμην τῆς ἑαυτῶν φιλίας κατέλιπον. ὁ δὲ δὴ βασιλεὺς ὁ ἡμέτερος ἔοικε μὴ καὶ αὐτὸς ταῖς συνθήκαις ἐμμένειν προηρημένω, ταῖς τε μετὰ τῶν ἄλλων ἐθνῶν συντεθειμέναις, καὶ ταῖς μεθ' ἡμῶν, ὅπερ γε κἀμὲ ὁρᾶν. οὐδέν τι καινοτομεῖν, πρὶν ἂν αἰσθηθῇ ἢ ὑμᾶς ἢ τῶν ἄλλων τινὰς παρασπονδῶς τι περὶ αὐτὸν, ἢ τῶν αὐτοῦ βουλεύσασθαι. Cæterũ si tu ad me posthac scribere vicissim animi causa institueris: tibi ad hoc obsequium libens me accõmodarim: quando tu vltro amare me cœpisti: literisq; me ꝓuocasti. qua de re mirifice amo. Quo genere officii cũ Linacrus & Tonstallus me sibi deuinxerint, responsumq; tulerint: exoratũ te velim vt eos verbis meis salutes: Moroq; salutem, vel fœnerato reddas: qui literis tuis nunciis cũ Linacro me salutauit. Vale vir literis amicissime: & me in albo tuo perscribe. Parisiis quinto Calend. Maias, Anno, M. quingentesimo decimooctauo.

Gulielmus Budęus Richardo Paceo. S.

NIcolaus Beraldus qui tibi hanc epistolã reddidit, homo vtraq; lingua doctissimus, & iã de literis bonis nõ leuiter meritus, est etiam alioquin mihi amicissimus. Hũc cũ audire cœpissem istuc esse iturum in contubernio Antistitis Parisiensis, existimaui mei esse officii literas ei ad te dare, etiã

si paucos ante dies longam satis epistolam ad te scripseram, cuidamq; cognato meo commiseram eiusdem contubernii comiti. Nolui enim Beraldũ hominem mihi familiarem, & Erasmi tui aliquando hospitem, inscio te in Britãnia esse, qui studiosorum ipse hominum amantissimus esse mihi viderere. Huic quicquid officii & comitatis in aliena prouincia versanti impenderis, non recusabo quin mihi omne expensum feras. Tametsi (qua te humanitate prȩditum esse comperi) nõ dubitem vltro facturum id te fuisse, si semel eo ingenio, eaq; doctrina hominem istic esse rescíscere potuisses: atq; etiam vbi eum primum cognoscere tibi vacauerit, ita eius causa omnia te cupiturum: vt me tibi acceptum referre non postules, quod in ipsum contuleris. Nec eo secius tamen hunc ita tibi cõmendatum esse meo nomine velim: vt quem maxime meorum amicorum commendare mihi licet per tuã facilitatem. Vale Parisiis postridie Assumptionis in sublime diuȩ Dei genitricis.

Gulielmus Budȩus Richardo Paceo. S.P.D.

PRoh diui immortales quid ego audio? o quot? quantos? q̃ panegyricos? q̃ theatrales? q̃ tibi mihiq; plaudendos sermones celebritas sponsalium iam apud nos excitauit? nostrȩq; lega-

tionis famā laute, nitide, magnifice, benigne, elegā
ter, & facunde exceptę. O elegantem tuū Regem
omniq; pręconio maiorem, omni laudis cōmemo-
ratione pręstantiorem: qui tot, tam amplis corpo-
ris animiq; dotibus liberalitatē egregiam, eximiā
voluntatem, gratiosamq; apud omnes comitatem
accōmodarit: qui naturę benignę munificentiam
dexteritate morū, augusta maiestate, heroica spe-
cie, & oris probitate cumulatam reddiderit & vi-
sendam. Nostri istinc reuersi statim atq; splendidā
illam apparatus magnificentiam, & recte atq; or-
dine constitutam commemorare cœperunt: cum
ab omnibus fere auribus propensis excepti sunt:
tum vero illud hianti (vt ita dicam) aure & vultu
stupenti grauissimus quisq; prosequebatur: q̄ se-
renissimus iste princeps comitatū suū frequētare
solet doctissimi cuiusq; viri pręsentia, dicendiq; fa
cultate pręstantissimi: & veluti suā aulam insigni-
bus iis distinguere & exornare: q̄ speciem ipsa prę
beant venerandę regię, externisq; spectandę: ipse
quidem mea sententia dignus, cuius fama lumini-
bus istis illustrata, quoquouersus explendeat q̄ la-
tissime patet Christiani nominis fines: olimq; me-
morię consecretur ęternę monumētis ingeniorū.
Equidem qđ ad me attinet, nihil nec lubentius fe-
cerim, nec alacrius, siquando ita tulerit scribendi

meum institutum:q̃ vt tanto Regi relinquam elo
gium quoddam memorabile, velut animi mei te-
stimoniũ in eius maiestatem propẽsi: egregie qui
dem illam de literis & honorifice meritam, si vera
sint quę audiuimus. Etenim qui humaniorum stu
diorum honorem, in ordinem plebeium redactũ,
tum aliarum gentium incuria, tũ nostris pręcipue
moribus & institutis, ad gradum subuexerit altio
ris fastigii, etiam exemplo in seipso prodito & in-
stituto eloquentię regię: is pulcherrimę rei decus
æqualibus & posteris regibus nimirũ præripuit.
Quippe qui primus Regũ multis iam seculis in-
tellexerit & viderit eam esse vim atq; auctoritatẽ
eloquentię, vt Reges inter superos referat & infe
ros pro cuiusq; meritis. Q2 si virtus amplexandã
tam facile se pręberet, & cum suauitate quadam
pręsentaria retentandã, q̃ virtutis ipsius splendor
& species plausum sibi emererẽtur per omne genus
hominũ gnaros iuxta atq; ignaros liberaliũ disci-
plinarũ: haud dubie literarum altiorũ maiestatem
Principes, proceres, primarii viri tãto exẽplo edo-
cti, mox conseruare certatim instituerẽt: vt quidẽ
nostratiũ hominũ sensum nunc affectũ esse video
inde iam ex quo nostri Legati reuerterunt. nemi-
nem enĩ iam nostrũ non pudet & miseret proprię
ignorantię. Tua autẽ Richarde doctissime oratio

aliorũq; amplissimis in conuẽtibus habitę, eousq; celebrãtur: opiparus vt ille ac prę̃nitẽs apparatus transigendis in rebus adhibitus: facundia vestra cohonestatus sit admodũ, & magnificẽtior visus. Qui si paria nos facturos speratis in hac rerũ parte instruendarum, vereor vt vobis satisfacere possimus: apud quos disertę industriæ suũ nunq̃ constitit operęprecium, insigni ob eam noxam & indignitatem rerum Francicarum obscuritate. Nicolaus Beraldus tibi iam charissimus (vt ex literis tuis intellexi) in aulam cum Pręside Parisiensi profectus est vestris suffragiis & commendationibus adiutus egregie: indeq; non dubia spe erectus. Rex iam aduẽtare dicitur, vt Legatos istinc expectatos excipiat. Vale mi Pacee, & mihi Tonstallũ, Morũq; meos, Linacrũ, aliosq; saluta. Parisiis Nonis Nouembribus.

Gulielmus Budęus Richardo Paceo. S.

TErtia iam epistola tua accepta miratus sum diligentiam tuam in hoc genere colendę amicitię: cui vix adhuc æquiperabilem in vllo amicorum expertus sum. Vtinam iam prospere e febre recreatus sis. ad me enim hãc curam in posterum pertinere par erit q̃ prospere vitam agas, q̃q; firma valetudine corpus habeas, cũ in eo animũ istũ habeam tantopere beneuolum. τούτῳ δ᾽ ἀσπασόμ

τερον ὅσῳ αὐθαιρετώτερόν τε σαυτὸν καὶ γενναιότερον εἰς φιλίαν φέρων ἐπέδωκας. καὶ μὴν δὴ ἔγωγε ὅταν τοὺς φίλους μου τῶν ἔξωθεν καταλέγωμαι, σὺ μὲν ἐν τοῖς πάνυ τετάχθαι δίκαιος εἶ, καί μοι δοκεῖς οὐχ ὅπως τὸ ὄνομα τὸ σὸν αὐτοκλήτως σύ γε εἰς κατάλογον παρεγγεγραφώς, ἀλλὰ καὶ τὰ νενομισμένα λειτουργῶν τῇ τε χειρὶ καὶ τῷ θυμῷ. Itaq; tuo nomine accessionem magnam factam rationibus meis autumo: illis quidē sanctioribus, quas in arce Palladis deponere nō in æde Saturni instituí. Q: igitur tam benigne te mihi in amici obsequium indulges, ingentem a me gratiam iniuisti. Sed vide quo iam pedem protuleris. Quid enim futurum est si te non ex stipulatu, sed de spontanea pollicitatione appellem: quum mihi pulchre cautum sit & teste caduceatore & literis a te obsignatis: ac ne te circūuentum esse causificari tandem possis: iterum idem promittere, & interuallo longiusculo non dubitasti: quū sic se obstringentibus: si postea officium detrectare cœperint, & irrita pacta facere: repetitę pollicitationis pudorem, & cōgeminatę obligationis nexū obiicere legū cōstitutiones permittūt. Proinde cū agnosco & amplector istū animi candorē simpliciter se ꝓmētis ad obsequiū: tū vero ita rationē comitatis tuę & generosę humanitatis habebo, vt hactenus pollicitationē exigā: fideq; tuā onerē: quatenus &

hilariter & non magno negocio defungi possis: ac ne id quidem primo quoq; tempore: sed quum antiquiora nomina exegero: quæ multa adhuc bona & idonea habeo: & quorum etiam iudicium & disceptationem constituere in meo foro possim, si inde controuersiæ existant. Huiusce autem calendarii nominũ rationem ita comparatam habeo, vt bene mecum agi putem si syngraphas domi incolumes asseruem: vtpote qui in eo sitas facultates meas esse gaudeam, vt nominũ multorum ac locupletum diem iam cessisse gloriari diu possim, nec tamen venire velim, nec si etiam venerit, exigere sine rubore aut mœstitia queam. Audio Legationem amplissimam de negocio & grandi & pacificatorio istuc esse propediem ituram. quã velim tam auspicato esse decretam, vt pax inde in ætatem meam tuamq; confirmetur: quo æquiore tecum conditione experiri & agere possim (si res ita cesserit) actione pro amico: qualem tamẽ nullam nominatim esse proditam a iure ciuili demirari quiuis possit: qui quidem certe cogitet & animaduertat actionem pro socio latissime in Pandectis iuris patere. Verũ in ea Legatione Episcopus Parisinus aut primas aut secundas partes obtinebit, vt fama est: qui an hac vrbe viam facturus esset, nondum constabat cum hæc scriberem, &

diu iam inter aulicos erat, vbi plurimam partem tẽporis agit. Vir est doctus inter paucos,& multarum rerum prudentia prçditus, literatorum amplexator & suffragator, & Erasmi tui studiosus: quo cum mihi cognatio magis q̃ vitæ cõsuetudo intercedit, qui vrbem colo. Existimo te eũ vel huiusce rei commendatione officiose obseruaturum præsertim ꝙ tibi in munere tuo fungendo (vt coniicio) sæpe cum Legatis verba facere vel necesse vel opportunum erit. Vale,& Tonstallo, Linacro, Moro, qui me verbis tuis vel epistolis salutarunt, centuplicato salutem rependito. Parisiis Calend. August.

Gulielmus Budęus Thomę Moro. S.

PAr canum Britannicorum abs te mihi obtulit Lupsetus adolescens vtraq; lingua doctus, atq; apud doctos (vt video) gratiosus. Quod et si mihi gratum admodum iucundũq; donum fuit atq; etiam ex euentu amplum & magnificũ (munificentiam enim luculentam & felicem singulis iis donandis edidisse me spero) haud paulo tamẽ iucundius par illud epistolarum fuit, in quibus lectitandis ingenium tuum vt fando olim auditum sic ex Vtopia tua cognitũ agnosco & exosculor,

mihi adeo vt nihil minus esse videare q̃ quod vo-
caris ipse. Qui si forte auitum nomen sic (vt de-
bes) retines & amplecteris vt nullo mutare feli-
ciore velis, mihi saltem indulgebis vt altero tan-
to longius cognomentum faciam, & pro Moro
Oxymorum te vocem, nullo stemmatis tui dispẽ-
dio, quo magis ex ea stirpe genus ducere existi-
meris, cuius Encomium Erasmus mirifice conscri-
psit. Verum o suaues tuas mihi literas, vt dicere
cœperam, o suauiandum mihi librum meum de
Asse, qui tot mihi pondo elogiorum grauissimo-
rum, tot talenta Attica amicitiarum conciliauit,
pręsertim peregrinarum, quas mihi liberisq; meis
splendidiores domesticis & vernaculis esse, foreq;
existimo. Atqui nulla re magis cõstare mihi ratio-
nem olei & operæ studiis impensæ puto, q̃ q; in
Theatrum amplissimum prodire ausus, plausum
ab iis partibus adeptus sum maxime, a quibus
me adepturum minime quiuis fortasse arbitra-
retur. Tametsi (vt tibi veritatem fatear) mea
semper ea fuit ratio, vt ex Assis mei digressioni-
bus & veluti figuratis panegyricis, a promiscua
quidem turba (in qua tũ fere nostrates esse scie-
bam) non tam impræsentiarum admurmuratio-
nem secundam, q̃ sibilos expectarem. Neq; enim
vnq̃ inducere in animum potui, vt sententiarum

numero emerendo potius inseruirem, q̃ ponderi atq; auctoritati : ac velut in Aristocratia ætatem transigendam haberem, non ita vnius & plurimorum rationem habui, quin optimo cuiq; maxime approbare me contenderem. Hoc meum institutum minime populare : eo me primum discriminis adduxerat : vt quicquid in medium ederem: stare vix posset in scena, præiudicata scilicet opinione nimiũ sibi instantis diligentiæ meæ, (hoc enim de me aiebant) nec se cum famæ discrimine ad vulgi captum gratiose populariterq; summittentis: quũ interim ipse iudicio meo seruiens, vt olim ille discipulus Antigenidę, mihi & musis canerem: & mox secuturæ (vt sperabam) hominum opinioni. Verum studiorum tandem profectu & ingeniorum æmulatione factum est, vt nostratium etiã alius atq; alius sensus esse cœperit. Quibus tamen ipsis nondum tm̃ tribuo, vt ex eorum statim sententia, aut commode, aut secus de meis scriptis sentiam, vt qui satis perpenderim, & meminerim quid ipse præstare efficereq; possim hac ingenii doctrinæq; mediocritate. Sed nescio quo modo vestris externorum testimoniis ita me ferri transuersum, & interdum sublimem rapi sentio: vt vel magnificule inferam me inter amicos, & vestris aliorumq; epistolis suffarcinatus, quasiq;

peregrinis elogiis fultus & subleuatus, fastigiolum meum attollere videar: & ceruices subrigere contra ingenii mei rationem. Qđ etsi mihi videtur ineptum attentius me nonnunq̄ ęstimanti: tamen si vobis iisq; qui me amare fidem mihi fecerunt: ingenium & industriam meam probasse me considerem: ne Momum quidem (vt aiunt) vel Ligurinum, vel Tuscanicum timendum magnopere ducerem. Qz̄q̄ sunt (si diis placet) qui id demum mihi vitio vertant, ꝙ anxie nimis ac religiose versare scripta mea videar, & veluti ad priscę formulę normam exigere commentandi diligentiam. quasi vero nostri seculi eloquētia ad praescriptum antiquitatis componere sese, atq; effingere sine reprehensione non possit: aut ego nullo magis nomine culpari possim, q̄ ꝙ culpa vacare contēderim. O felicē me simul & miserū si omnes ita de me sentiāt. Felicē, ꝙ mihi crimen obiectū in laudem tandē cessurū sit. Quis enim hoc crimine vacare velit? Miserū, ꝙ tot mea vitia clarius aliis cernens, nec emendare queam, nec de me ita mereri vt me cum aliis ipse probem, & in luculentis meis vitiis conniueam. nisi ꝙ interdum (vt dixi) alieno me iudicio ęstimo. Quorū quidem certe ingenium & peritiam captui meo ipse ac sensui prę feram, Enimuero nihil me magis mecū in gratiam

reducit, ac me melius ominari subigit & sperare, q̃ ꝙ cõcordes multorum sententias video in Asse meo probando. Quas etiam conflatas esse ideo suspicari nequeo, qui ab aliis auctoribus eas emanare scio, qui nunq̃ in vnum capita contulerũt, nũq̃ inter se censentes audire videreve potuerũt. Q đ si non tam doctrinæ (quã maligne in me cognosco) q̃ amicitiæ tribuitur, (neq; enim aut opibus, aut potentiæ tribui quisq̃ suspicabitur) quid restat quo magis beatus ac diues eẽ possim? Id adeo vt vel exilium mihi consciscere tãdem debeam, vel diuturnã certe ꝑegre absentiã, vt & externarũ amicitiarum quas propensius colo, fructum aliquãdo percipiam. Neq; vero quum rationes meas calendatim recognosco, ꝓuincialia ista nomina inania esse puto, quæ se quotidie perscribenda alia super alia inferunt. q̃q̃ non perinde hinc appellare eos possim qui mihi sese obstringere amicitię nõ veriti sunt literis obsignatis, nec istinc aut aliunde illi mecũ eadẽ actione experiri, quibus itidem me obstrinxi (vt interim eos omittã, qui mecum coram hac transeuntes cõtraxerũt amicitiam) q̃q̃ vtrisq; nostrum reis & actoribus, & domi, & peregre, idẽ semper vnusq; iudex ius sit dicturus si controuersia existat, optimus ille maximus Iuppiter cognomento Philius, iuris amicitiæ pręses. Sed mihi rur

ſus vereor vt pronum in poſterum eſſe poſſit hoc propoſitum externas prouincias vel iuſta vel libera Legatione, vel priuata peregrinatione viſendi: homini quantum per vitæ inſtitutum licet & fortunarum modum, ſtudioſo, nec ſatis firma ac viatoria valetudine : adde etiam, ſi placet, coniugato : & qui ſeptimo iam filio in familia factus ſum comitatior, vxore vixdum ingreſſa annum duodetriceſimum. Mirum quantum me totum tuum literis illis feciſti, in quibus ſcribis perſuaſum te habere affectibus tuis perbelle cum meis conuenire: coniecturam vtiq; ex meis digreſſionibus factitantem, quibus in ipſis ſcilicet animi mei ſenſus non obſcure ſeſe protuliſſe videntur. & indicaſſe. Equidem mi More quod mihi das vltro, id libenter amplector: vt tanq̃ genituram phyſicam communiter habeamus, atq; etiam Vtopianis inſtitutis & moribus a natura informati in lucem prodierimus. Itaq; volens hilariſq; faciam vt inter nos contractã naturę ſponte imperioq; amicitiã, omni deinceps officii genere, obſequiiq; confirmem, inter abſentes vſurpabilis, ſi modo te ad amicitiam colendam tuendãq; comparatum eſſe ſenſero. Magnũ id ſolatium & adminiculũ erit ad maritam hanc noſtram tolerandam Philologiam: cuius rara exempla noſtra auorũq; memoria tulit

non modo apud nos, sed etiã apud vos, vt tu ipse testaris. Neq; ego (vt opinor) vsqueadeo vel pertinaciter vel constanter susceptum hoc vitæ institutũ annis iam ferme duodetriginta pertulissem, nisi me vis quædam maior & fatalis ab rei factitandę cura flagrantibusq; municipum meorũ studiis ad literaria studia detorsisset: id est (vt nunc sunt mores Principũ & publici) in egestatis officinam, patrimoniorũq; internicionem ab census augendi disciplina obtrusisset. Ex quo tempore tanta alacritate operam literarum studio dedi: tam prono pectore incubui in eam spem quam etiam nunc foueo: tanta omniũ sensuum industria ab omni externa cura feriatorum, propositum finem studiorum persecutus sum, vt nihil vnq̃ huic voto peruertendum esse duxerim: nullam rem antiquiorem habuerim: nulli vel spei vel voluptati tantum tribuere visus sim, duntaxat scd̃m Dei cultum, & æternæ felicitatis desiderium, non parentum cognatorũmq; auctoritati mihi si in instituto persisterem, inopiam, ignominiam, corporis infirmitatem prædicentium, atq; denunciantium, non curæ rei amplificandæ, & fastigii familiaris attollendi (quod commune, & feruens studium esse videbam eorum qui frugi homines prudentesq; moribus nostris existimantur)

non cõiugis precibus:quę meam Philologiam velut suã pellicem sibi pręferri dolebat & fremebat: non rei in vniuersum vxorię lenociniis, nõ prolis numerosę blandimentis festiue ludibundę: deniq; non tuendę prosperę,non curãdę aduersę valetudini.Quarum rerum incuria quũ in fraudem luculentam sciens prudensq; inciderim bonorum corporis & externorũ:vt sępiuscule animo labefactatus,sic nunq̃ ita fractus sum,quin aliquantum quidem in spe & cogitatione acquiescerem Budęorũ nominis illustrandi:qđ nulla re minus olim q̃ literarum peritia innotuerat. Sed tamẽ locupletiorẽ semper ampliorẽq; spem illam esse censebam per tranquillitatem ac securitatẽ transigendę senectutis:quatenus quidem ferret humana conditio: simul mortis æquius ac placidius obeundæ in hoc studioso & meditato vitę genere: bonaq; indidẽ spe in æternũ hausta atq; concepta.Atq; hæc sunt veluti pignora quædam idonea:quibus fretus animũ bona fide in iis rebus meditandis cõmentandisq; occupaui & addixi penitus,quę in vulgus nõ probantur:ad primarios ordines offendebant: in consessu procerum in senatuq; frigebant: a Regibus Principibusq; ne agnoscebantur quidem. Nũc vero rei dignitas & auctoritas hactenus sese protulit:vt admirationem sui apud omneis ordi-

nes aut plerosq; dicendi facultas rerum sciētia in-
structa, excitasse videatur, non etiam vt inde stu-
diosi eius & docti magnoꝑe crescere possint: aut
ab ordinum ductoribus in ordines cooptari. Eam
demum ob causam (vt multi opinantur) ꝙ do-
ctis cū imperitis, vt studia, sic mores opinionesq;
non conueniunt: quæ sunt amicitiæ glutinū. Sunt
viri æqui & boni permulti: qui nostram studioso-
rum vicem vel decoris potius publici dolentes:
palam eos detestantur: eorumq; capitibus, liberis,
fortunis, nomini diros exitus imprecantur: qui a
sanctioribus consiliis existentes Principi, & bene-
ficentię regiæ publicęq; potentes & arbitri, no-
mina de nomine Gallico decoreq; publico meri-
tissima supprimunt: vt indignos sæpe homines si
bi morigerantes, honoribus & commodis ornent
atq; augeant, insigni dispendio Regum, & publi-
ca ignominia. At vero ipse quum hæc & huius-
cemodi admissa in rempublicam & videam &
audiam, nec Diuum fidem nec hominū imploro:
vtpote qui Diuos ad hæc postulata semper ob-
surdescere norim: & homines huius culpæ vel au-
ctores vel affines eiuscemodi esse putem, quorum
iniquitati doctrinæ & eruditionis fasces quantu-
la est in me cūq;, submittere non debeam, si mihi
cōstare velim: & quod reliquū est vitæ, congruen-

ter, & consentanee anteactis annis degere. Simul quum eam naturam esse sciam sceleratissimi illius genii, cui Fortunæ nomen est, vt optimo cuiq; viro ac virtutis amantissimo libens maxime incommoditet, bonorumq; & grauium indignatione & queritatu insolescat: contra vero vt indignis & qui Superum Inferumq; numinum metum & reuerentiam susq; deq; faciunt, fautorem se præcipue & ornatorem præbeat: & sartas (vt ita dicam) tectasq; eorum fortunas ab omnibus tueatur incommodis: animum quoad eius facere possum, confirmo: ne indignando & querelis indulgendo improbissimæ potestati ludibrium esse possim. Iuuat tecum mi More velut cum viro mihi iam familiarissimo sermonem conferre: & velut aliquot inambulationes in porticu implicare. Quid enim vetat aut obstat, quo minus vtriq; nostrum familiaritate complacita ita absentes vtamur & fruamur vltro citroq; epistolis commeantibus: ac si coram nobis colloqui mutuoq; videre liceret? Multa enim imaginaria pro veris in vita hominum cedunt: & pro germanis succidanea subsidiariaq; subeunt: hominibusq; perinde fere quidq; aut deest, aut adest, vt illi sibi adesse, aut deesse in animum induxerint, & si-

bi ipsi persuaserint. Nostri iam Legati istuc traiecisse putabantur cum hæc scriberem: in eorum comitatu est Nicolaus Beraldus vtraq; lingua doctus: quem velim ita susceptum a te esse, et si res ita tulerit, adiutum: vt virum mihi amicum: & de literis literatisq; meritum. Spero iis primordiis, iis auspiciis, iis Legatis & interpretibus esse iam rem exorsam: vt lætum & facilem fœderis pertextum & firmamentum sperare quiuis debeat, eorum quidem certe qui pacis consiliis non infensi sunt. Equidem quod ad me pertinet, libens in eam pacem ominari soleo: quæ tum inter me & vos istius prouinciæ lumina, beneuolentiam tueri & vicissitudinem officiorum possit: tum in bellum pium & sacrum Principes erectura sit: & expeditionem quandam conflatura in omne æuum memorabilem. Sic enim te quum sperare haud dubia coniectura videam: mihi quoq; necesse est (vt opinor) vt in eandem spem incumbam: quumq; te prę alacritate gestientem, & pio iam bello prope deuotum ex literis tuis intellexerim: facere (vt arbitror) non potero quin æmula pietate ad idem decus accingar: & vt spero ad amicitiæ iam contractæ necessitudinem accedent etiam iura commilitii. Q; si fatum transmarinum vtrunq;

nostrum manet, optarim editis prius strenuitatis nostrę documentis, vterq; in alterius conspectu, & eodem temporis momento morté vt oppetamus illustrem summa animi ęquitate. Interim peruelim scire, siquando forte tibi scribere huiuscemodi va cabit: ad equestrem ne pugnã an pedestré potius te compares: vt & ego quoq; tecum Tyrocinium eodem genere faciam. ęque enim (vt spero) natura ad vtrũq; me genus accõmodauit. Ioannes Baptista Sanga has literas me scribente, visendi causa ad me venit: istinc rediens vt aiebat. Is a me contédit: vt te verbis suis salutaré: a quo multa comitate adiutum se esse nõ obscure ferebat. Qđ ei me facturum ideo recepi: ꝙ quantum ex congressu primore & breui colloquio coniicere potui: doctus est & honestus. Velim vti Paceum tuũ meũq; verbis meis salutes: ad qué per Legatos & per Beraldum scripsi. Vale mi Oxymore, μᾶλλον δὲ μωρόσοφε, καὶ εὐτυχῶν διατέλει. Parisiis, postridie natalis diuę Deiparę. M. quingentesimo. XVIII.

Gulielmus Budęus Thomę Linacro. S.

REdditę sunt mihi literę tuę pridie nonas Iulias beneuolentiæ atq; humanitatis plenæ, ab eo qui mihi annulos tuos obtulerat, iuuene sane docto, atq; indolem ingenuam præ se ferente. Quibus (vt opinor) literis impræsentiarũ respõ

dissem, nisi iã ocreatus eas viatoriaq; indutus accepissem, mox equum admissurus. Siquidẽ ab earum lectione tãta sum hilaritate perfusus, ęgre vt mihi temperarim, quin stili officio certare tecum protinus contenderem. tametsi videbã effusam a te tam pleno pectore nec inani manu gratiam, vt eã æquiperare q̃uis ambitiosa & enixa rescribẽdi cõtentione desperarẽ. Nam quod ad antidora pertinet, honori munificentiæ tuæ cedere nunc necesse est: vt vtar verbo Maroniano. Cũ igitur domũ rediissem, nihil antiquius habui q̃ vt epistolæ tuæ rescriberẽ. Id demũ autem molestũ fuit, q epistolę tuæ gratię cessurũ etiam me videbam: qua in re a nemine vinci æquo animo patior: duntaxat q̃d ad officii vices exhibẽdas pertinet. Verum ex literis tuis intellexi magnopere te anxiũ esse de rependẽda mihi beneuolentia & obsequio: cũ ob librũ de Asse a me tibi donatũ tũ cum tu hic eras in Reginę Marię comitatu, tum vero ob impensam a me operã in recognitiõe lucubrati a te nuper operis. Hic etsi perdere initam a te gratiã verum fatẽdo periclitor, cedere tamen conscientię cogor: cui nũ q̃ ipsi ita par esse potui, vt veritatis confessionem a me nõ expresserit, cũ id quidem tulit ratio ingenuę probitatis. Erras mi Linacer, erras inquã, si tu donũ illud gratuitũ fuisse putas, librũq; meum te

tulisse ob salutem datã vicissim & acceptam cum primũ in sermonem venimus vna.(etiã si cõgressum primũ & appellãdi benignitatẽ ea in te agnoui,quę amicitiã cuiusuis boni viri promereri citra obsequium vllũ possint.) hac mercede patrociniũ tuũ lucubrationibus meis tacita stipulatione surdaq; paciscebar : hoc munusculo auctoritatis tuæ suffragium pignerari mihi videbar : vel liber ipse meus potius in fidem tuã verbis meis se conferre. Magnopere enim pertinere ad libri a me elaborati indicaturã existimabam,si tantam ei aduocationem in Britannia emererer,clarissima iam prouincia elegãtiũ quoq; literarũ nomine. Proinde si iam eum librũ acceptũ liberalitati meę ac gratiæ tuæ tulisti: per me licet in aliã quãuis paginã tabularũ tuarũ vt transcribas.non ꝙ munerũ reposcitor videri non verear,sed ꝙ te admonitum officii tui velim:quaq; lege acceperis munus id,meminisse. At enim librũ de Sanitate tuenda a te versum vt legerem,& tibi quoquo modo obsequerer,nec laboris nec temporis rationẽ habui. quasi vero in hoc tibi operam potius q̃ mihi ac literis dederim, aut id tibi tẽpus gratuitũ donarim , in quo quantum ipse ꝓfecerim,me nunq̃ pœnitebit.Qz si quid fortasse interim vidi quod tu in proprio,vt fit,opere non animaduerteras (id qđ vix mihi persuadeo,

quí te tam circũſpectũ interpretẽ, tã que exactũ, καὶ πάντη πάντως ἀπηκριβωμένον videã:) nõ tam id ſane mihi obſequioſã lectiõis intẽtio (rurſus. n. ab eadẽ ſimplicitate ĩgenii verũ tibi fatebor) q̃ æmula quædã contentiũcula indicauit: ne tu mihi ſcilicet vndique perplaceres, cui tot in propriis ſcriptis incõmode dicta abſurdaque videnť. Mihi adeo quũ ea ex interuallo recenſerem quæ in libro tuo adnotauerã, calũniam plane olere atque etiam ſycophanticã obſeruationem videbantur: vt nõnunq̃ ſuppuderet manu eſſe mea adnotata. q̃q̃ ea adnotamenta dici non poſſunt, q̃ priuatim in charta vna mea perſcripſi. Arrogãtiæ enim plenum fuiſſet aliquid me libro tuo aſcribere, vt citra prouocationẽ iudicatũ, Criticique iuris vſurpatio. Ea demũ q̃ vel immutanda vel illuſtranda ducebã: ſeorſum mihi ac tuo procuratori excerpſi. Siquidẽ ne operam tibi ſtrenuã nauaſſe non viderer: temere quædã & perperã adnotari oportuit: cũ alia non occurrerẽt inſigniora: quo tibi fidem facerem impenſi a me laboris. Verũ o te felicem, cui olim contigerit Italicam illam doctrinã auribus etiã nedũ oculis haurire. Id q̃d cum animaduerto, infelicis ſortis meę reminiſcor. Quo fit vt cũ tuus iſte ſtilus odorem illum redoleat germanæ atque exoticæ doctrinæ: in meo vernacula quædam compoſitio, nec caſtiga

ta me offendit : quæ ferulam non resipit : nedum
stomacho tuo atq; primæ classis hominum satis-
facere posse me sperem. ἐπίδωκέ μοι τοὺς δακτυλί-
ους ὁ νεανίσκος ὁ σὸς εἴθ' ὑπηρέτης, εἴτε μαθητής, εἴτ' ἀμφό-
τερον. ἀργυρείους μὲν δυοῖν δέοντας εἴκοσι, ἕνα δὲ πρὸς
τούτοις χρυσοῦν, ὧν δὴ τοὺς πλείους ἤδη ταῖς τῶν φίλων καὶ
συγγενῶν διενειμάμην γυναιξί. πρᾶξας δέ τι μεγαλοπρεπῶς,
καὶ ἐπομοσάμενος ἦ μὴν ἀλεξικάκους εἶναι, καὶ νὴ Δία τοῦ
συκοφάντου γε δήγματος. τούτους τοίνυν δεξάμενος τὴν δε-
ξιότητα δὴ τὴν σὴν ἀπεδεχόμην, τοῦ ἐγγυῶντος μὲν τὴν φι-
λίαν τὴν σὴν ἐμοί. ἐγγυωμένου δὲ δὴ τὴν ἐμὴν τοιούτῳ τῷ
δώρῳ, ὡσανεὶ τινὶ ἐνεχύρῳ, ἐσομένης βεβαίας τῆς πίστεως
ἐχεγγύῳ. ἐγὼ μὲν δὴ ταύτας τὰς συνθήκας ἄσμενος ἂν συνθεί-
μην εἴ σοι καταθύμιοί εἰσι, ἐφῶ τι ἡμῖν εἰς τοὐπιὸν ἀλλή-
λων φίλους εἶναι. πρὸς γὰρ οὖν ὅς γε πάλαι τὰς τοιαύτας φιλίας ἐ-
μνήστευον. ἀλλ' ὅτι ἀπεχρῆ τε καὶ ἀγαθῇ πίστει τὴν δὲ τῆς ὁμο-
λογίαν ποιήσεις. ἐπεί τοι τὴν ἐπιστολήν σου ἀντὶ τοῦ γραμ-
ματείου τοῦ ἐλέγξοντος τὸ γεγενημένον διαφυλάξω. σὺ δὲ ἐὰν
ὀλιγώρως διακέῃ πρὸς τὰ τῆς φιλίας ἀσκεῖν δεξιῶς καὶ κα-
θηκόντως, ἴσθι μὲν ἕξων τὸν Βουδαῖον ἐγκληματικόν τε φί-
λον καὶ φιλαίτιον, εἰ καὶ μὴ δικανικόν, μὴ δὲ πάνυ δεινὸν εἰπεῖν.
ὅπως οὖν πάλιν φιλοπρεπῶς τὸ καθῆκον θεραπεύσῃς. οὐ γὰρ
ἀρκεῖν ἡγοῦμαι τοὺς τοιούτους φίλους εὐνοϊκῶς ἔχειν πρὸς ἀλ-
λήλους, ἢν μὴ καὶ τὸ νενομισμένον τῇ φιλίᾳ ἀπονέμωσι συ-
χνῶς ἀντεπιστέλλοντες. ἀλλ' ὢ τῆς εὐηθείας τῆς ἐμῆς. οὐ γὰρ
φθάνω ταῦτα γράφων, καὶ τὸν ἱππέα φασὶ εἰς πεδίον προ-

καλοῦμαι. ὅς γε λίναγρον τοῦ πολυμαθοῦς, καὶ νὴ Δία δείναγρόν γε
να, εἰς ἄκρον τῆς παιδείας τῆς διγλώττου ἀφιγμένον, εἰς ἀγῶ
να τουτονὶ προξύνω, ἐμὲ δῆθεν τὸν ἡμιμαθοῦς, μᾶλλον δὲ τὸν κα
κομαθοῦς, αὐτίκα δὴ μάλα ῥᾳδίως καταπωνϊούμενον. ἀλλὰ
τί ἂν πάθοιμι; ἀσμενίζω μὲν ἐν ταῖς τῶν σοφῶν ἐπιστολαῖς.
χαίρω δὲ ταύταις ἀντιγράφων, κἂν εἰδῶ πολλῷ τούτου ἥττων
ὤν. ἔρρωσο ἀνδρῶν λογιώτατε, καὶ διατέλει τοῖς καλλίστοις ἐμ
φιλοπονῶν, καὶ τοῖς περισπουδάστοις τῶν συγγραμμάτων. καὶ μέ
μνησο τῆς φιλίας τῆς ἐμῶν. οὕτως ὄναιο τῶν φιλοπονημάτων.
τῶν τε προλαβόντων, καὶ τῶν μετὰ ταῦτα ἐκδοθησομένων
σοι. Eqdē p̄clare mecū actū eē puto: ꝙ paucorū die
rū operā aut horarū poti9 tā feliciter occuparim
legēdo illo tuo libro, q iāiā ex officina exiturus eſt
magna tua gloria: quē ſuaui9 ip̄m legiſſem & attē
tius, niſi inter multarū rerū curas ea mihi ꝓuincia
obueniſſet: idētidē interpellātes lectionis intētio-
niſqꝫ tenorē. Iam.n.alterū annū multa mihi nego-
cia domeſticę curę faceſſunt: vt ſucciſiuos tm̄ dies
& dierū etiā ipſoꝝ horas literis impertiā: nōnihil
vtiqꝫ hebeſcente ingenio craſſiorū rerū atqꝫ etiā a
lr̄is abhorrētiū aīaduerſione. Quę eo mihi grauior
eſt & nocētior, quo inſolentior id facio. Quippe q
retroacta ętate quātū ꝑ valetudinē licuit, nihil pe-
ne rei familiaris ꝓcurationi dederim: nullaſqꝫ par
tes patriſfamilias niſi intra cubiculū geniale obire
ſolitus ſim. Vale rurſus. Pariſiis. VI. Idus Iulias.

Thomas Linacrus Medicus Gulielmo Budæo viro vndecūq; doctissimo, nobilissimoq;. S. P. D.

CVm tua in me doctissime Budęe præsertim immerentē officia reputo, incertus agor gratulandū ne mihi fortunę meę magis sit, an contra de ea querēdum. Ita me magnitudine eorꝫ si recte æstimentur, reddis ancipitē. Cū .n. vel benignitatē tuā ęstimo qua me primū elegātissimo doctissimoq; ope tuo vltro donasti, vel candorē ac generositatē animi quo laudes meas (sicuti arbitror oīm soles) sine inuidia nutris ac foues: non parū mihi gratulari debere fortunę meę videor: quæ te talē mihi amicū cōciliarit. Nā nostras certe laudes qd tu aliud q̄ nutris ac foues? qui qđ officere his posset, nihil hęrere in lucubratiūculis meis sordidum immūdūve sinis: nec dū id efficias vel tēporis vllius iacturę vel labori parcis. In quo tn̄ tibi quoq; consulere nō nihil, videri potes, qui tersis politisq; tibi esse eminendū potius q̄ parū mūdis statuis. Emines aūt ꝓfecto fere oībus quātū cęteris nymphis ὁμηρϊκῶς λητώ· πασάων δ' ὑπὲρ ἥγε κάρη ἔχει, ἠδὲ μέτωπα. Adeo iā eminētia ipsa securus, minus mirū est si de æmulo non dubitas. Cū vero veluti alterā paginā īspiciēs, nihil in me esse animaduerto quo tantis meritis tuis respondeā: merito de fortuna

mea q̃ror: quæ mihi q̄d alias ſumma voluptas foret inuidit. ἥδυσον γὰρ, οἶδα, οὐδὲν ἐρῶντι τυχεῖν. Mihi vero vel in primis eſſet votis, vt tecū aliquādo paria facerē. Cęterum quę tuę eſt naturę mira felicitas, tu ipſe hac quoq; p̄te occurris, tātaq; ſollicitudine nō parū nos leuas: qui ꝑ magnitudine animi tui, & ꝓpria (nō dubito) egregii facti conſciētia es contētus, & noſtrā inuicē boni conſules: qui tā hercle mihi prōptiſſimę reponēdi officii volūtatis ſum conſcius: q̄ tātę ſum facultatis inops. Qua tñ vna ratione licet nō ingrato eſſe: & nunc ago tibi gratias quas poſſum maximas, & id ſedulo agam vt nec loci nec tēporis occaſioni defuiſſe vſq̄ videar, quin cōmemorando, ſcribendo, p̄dicādo πάντα λίθον κινῶν, καὶ ὅλως πάντα γενόμενος, ſumma in me merita tua perpetuo teſtificer. ἔπεμψα δέ σοι δακτυλίους τινάς, οὓς ἤδη σοι δοθέντας πείθομαι. ἁπλεῖς πάνυ, εἰ πρὸς τὴν τιμὴν αὐτῶν ἀποβλέπεις, δῶρον, εἰ δὲ πρὸς τὴν δύναμιν, οὐκ ἀνεπιτήδειον ἴσως τῆς ἡμῶν φιλίας ἐνέχυρον. δακτύλιος γὰρ καὶ γαμούντων καὶ διδασκάλων καὶ ἐνωχησομένων βεβαιοῖ πίστιν. οὗτοι δὲ καὶ παρὰ τοῦ βασιλέως ἡμῶν ἀφιερωθέντες, ἀλεξιτήριον σπασμῶν ἁπάντων εἶναι νομίζονται. ὥσθ' ἱερῶν ὄντας, φιλίας, οὐ χρήματος, οὐκ ἀλλότριοι ἥτοι δὲ ἐμὸν, εἶναι ἢ μνημόσυνον. σὺ δ' οὖν αὐτοὺς ὅπως ἂν ἔχωσι, μετ' εὐνοίας πεμφθέντας εὐνοϊκῶς ἀπόδεξαι. ἔρρωσο Κελτῶν λογιώτατε. Londini quarto Idus Iunias.

Gulielmus Budęus Thomę Linacro.S.P.D.

MAgnas habeo tibi gratias ob munus tuũ iu cũdũ qđ ad me nuper misisti, sed iis maiores alias ob epistolã tuã. οὐδὲν γὰρ ἂν ἀπόντων τῶν φίλων καὶ μακρὰν ἀφεστηκότων παρασχοίμην οὕτω μνημόσυνον εἶναι, ὡς τοῦτο γε ὑπόμνημα τὸ διὰ ἐπιστολῶν τῶν παρὰ τῶν φίλων ἐπισταλθέντων. καὶ γάρ τοι τὰ μὲν δῶρα, τὰ παρὰ τῶν φίλων δεδωρημένα, ἔστι μὲν αὐτὰ κεχαρισμένα, καὶ δὴ καὶ τὸν πέμψαντα ἡμᾶς ἀναμιμνήσκοντα, ὅσον γε δὴ χρόνον περίεστιν οὐκ ἀναλισκόμενα. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ παρίστασί γε τοὺς φίλους τοὺς ἐν ἀλλοδαπῇ μακρὰν ἡμῶν ἀπηρτημένους. οὐδὲ δὴ τὸ προσφιλῶς καὶ κατὰ πρόσωπον κοινολογεῖσθαι χρείαν ἡμῖν παρέχει. Video & intelligo q̃ parum tibi vacet εἶναι ἐπισταλτικῷ cũ alias, tũ in editione tã ardui ac grandis operis occupato. Itaq; facile excusatã a te causam accipio, quamobrẽ diu nõ rescripseris. Sed & mihi eadem opera veniã ipse paciscor, q; ad te interim nihil literarũ dederim. Sum enim ego quoq; curis tam variis tamq; multis implicitus q̃ qui maxime. Quę mihi sors vitæ paucis annis impacta vel diuinitus vel a fortuna, tã maxime molesta est, q̃ est maxime diuersa a pristino vitæ meæ instituto. Legi in tuo Galeno (diui boni q̃ splendido futuro mox opere) ea quę me legere Lupsetus

vester voluit iuuenis omnino ingenuus, specimen honestatis & comitatis vel Anglicę vel qualiscūq; & natales generosos prę̨ferens cū eruditione non mediocri. Siquam prę̨terea opellam nauare me tibi vis, ἀφειδῶς χρῶ τῷ φίλῳ ὡς ὁποιωσδήποτε ἀνταναγνώσει τῶν σῶν. Nec enim maligne locare, nec addicere magno operas meas soleo: iis quidē certe quos dignos esse cēseam queis vltro industriam meā venditem. Legati nostri iam istic agent, vt opinor, cū tu has literas acceperis: velim si res ita tulerit, vt amicū te mihi esse sciant: quādo ego literarū peritis Linacri doctrinā deprędicaui. In comitatu Parisiēsis Antistitis est Nicolaus Beraldus vtraq; lingua doctus, & mihi magnopere familiaris: qui te omnino aditurus est. Lōgiores a me literas habuisses, nisi iāiā rus profectură negocia multa obeunda me vrsissent. Vale, Parisiis postridie natalis diuę Dei Parentis.

Gulielmus Budęus Ludouico Viui Sal.

SPero te purgationem meam accepisse de eo q; neglecti me officii insimulare videbare: si tamē literas accepisti quas nuper ad te dedi. Nec Germanum autem illum nobilem, nec Britannū videre mihi contigit: quorū tu in literis tuis meministi. qua in re non dubito me compendium nō spernendū amisisse in ratione amicitiæ, cui calendarii

mei paginas pcipuas destinaui. Nã binas tuas lite ras vno die accepi cũ rure i vrbẽ venissem. Postre mę autẽ casu magis q̃ destinato mihi redditę fue rũt.temere eñ creditę alienis manibus fuerãt:a q bus iã resignatę in meas inciderũt. Proinde vt te iã vtar placatiore,nosse hoc oportet : ruri me nũc agentẽ vix bis in mẽse nec nisi coactũ in vrbẽ vẽ titare. Quippe q literariã supellectilẽ bona ex pte in Marlianũ vicũ meũ transtulerim, vbi æstatẽ ve nientẽ exacturus sum,si tãdiu vixero.Et est adhuc ibi qđ procurationẽ meã poscat, & p̃sentiã:etiã si villa vrbana absoluta est.Quare nec literas statim vrbanę domi redditas accipere ipse possum,cũ in villa sum,nec sub manu tabellarios habere.Aegro taui etiã grauiter ab ineũte hyeme: id qđ alternis ferme annis & interdũ singulis solenne mihi fuit hactenus post annos abhinc quindecim. q̃q nulla nõ mihi tẽpestas ad capitis grauedinẽ satis apta est:pręter quẽ morbũ aliũ fere non experior.Cęte rũ q de opere illo nouo mihi tibiq; gratularis : nõ facile patior falso te gaudio duci:q nouũ opus esse putas, qđ iã quater minimũ sub p̃la missum fuit. Audio.n.nescio quid operũ meorũ pꝑpediẽ rursus editũ iri:vnde enatũ illũ rumorẽ esse arbitror qui ad te vsq; manauit. Hic facere nequeo vir amicissi me, quin tibi succẽseã de hac ipsa spe improbiore

quã de me meaq; iduſtria cõcipere te video: quaſi vero homini mihi ingenio iam effœto,animo etiã alacriore defecto ob malã valetudinẽ, ſexto quoq; mẽſe aliqd edẽdũ ſit:quũ toties teſtatus ſim nihil me propemodũ niſi ociũ parturire.At tu hoc ipſo ex ocio negociũ(vt video)faceſſere mihi inſtitui ſti.Eia tu vide obſecro vt ſatis ęquũ te mihi pbeas per quem pauculos hos menſes ceſſare mihi non licet,cui quadriennii vacatione iuſta etiam immunitas quæſita videbatur & conceſſa. Leges priſcę & ſeuerę multum iis indulſerunt qui ius trium liberorum in Italia,aut in prouinciis pluſculorũ citare potuiſſent inter cauſas detrectandorum munerum publicorum:ipſe cum geminato eo numero auctus ſim etiam ſuperſtitũ & alendorum , inter munifices cẽſeor exiſtimatione tua & amicoꝝ fere omniũ:inter immunes ꝑtereor quaſi orbitate prędıtus.Vide igit̃ tu cũ illis etiã atq; etiã vt ſatis me noritis:vt facultates meas ſatis attẽte expẽderitis:vt deniq; ex ęquo bonoq; mecũ agatis: q pin de ipſi me publico nomine appellatis: atq; ſi vnus eſſem eoꝝ ꝑdiuitũ,qui inferre idẽtidẽ aliquid memorabile poſſunt in gazophylaciũ,qđ ad tuenda ſartatecta muſei iſtitutũ eſt & Gręci & Romani. Eraſmo veſtro cõuenit ea functio,et ſi qs poſthac exiſtet ei ęqparãdus:cui9 opes igenii eruditioniſq; copiæ tetrarchię cẽſũ iter Gręcos,iter Romanos

primę cuiusq; superãt centurię.Ego cũ inter pro-
letarios cẽseri potius q̃ inter classes debeã:vtpote
qui inter causarios vsurpare vacationem possim:
si velim:nec ius tamẽ,nec ęquũ apud vos obtineo:
qui immunitatẽ ipsi agnoscere nõ videmini,inter
eos quidẽ qui aliquãdo munia subierũt.Quo iure
mecũ agere si ista tua expectatio gestiens obstina
uerit:quasi scilicet delitias nũc faciã cũ hęc & hu-
iuscemodi causificor:nec loquar ex sententia ani-
mi:sine me saltẽ sarcinas adhuc obligatas soluere,
quas nuper id est ante quinq; menses in Marlianũ
meũ importandas curaui:supellectileq; cõponere.
Haud dum enim scrinia digessi,& pluteos locũq;
vnicuiq; constitui.Da spatium respirandi a iacta-
tione vrbica & peregrina æstatis nouissimę: pate
re me illorũ obliuisci,totus vt sim in iis quę instãt
& ociũ nostrũ manent.Vixdũ fabricã concinnaui
& instruxi, & tu opus nõ modo dedolatũ atq; ex-
asciatũ:sed compactũ quoq; esse autumas & pro-
batũ: iãq; pręberi quasi ex pacto postulas & con-
uento.Habetote quęso rationẽ tẽporis, eiusq; qđ
cõmodo meo fieri potest aut icõmodo: & ego for
tasse pręstare quędã non grauabor,quę ferre qdẽ
certe facultates meę poterũt.cũ eo tamen,mihi vt
cautũ sit existimationiq; meę ab expectatione pu
blica vestraq; amicorum, fraudi ne sit si solennes

quotannis prestationes in eã rem non pensitarim vel in hoc ipso secessu, vel in vrbano ocio. quando mihi hec studia quãtũuis feruentia vacationẽ iam nullã prestare possunt a curis familiaribus auocamentisq; rei œconomice & vxorie, quã vnã Philologia mea æmulam iãdiu habere cœpit. Quo mihi nũc magis omni ope cõtendẽdũ esse duco, vt quoad eius fieri poterit, contubernio ipsas hospitaliq; necessitudine coniũgã. Quippe quũ alterã amplectendã retinẽdãq; necessario habeã, alterã summa voluptate semper sim exosculatus, ex quo ad frugem aliquã bonam excolendum mihi animũ esse statui: illãq; veluti instrumentum vite colam colue rimq;: ad hanc oẽs vite rationes viuendiq; causas cõtulerim & referã: illi deniq; corpus, huic animũ despõderim. Gaudeo Erasmũ ambas meas epistolas accepisse post græcã ab eo ad me scriptã. Verebar enim ne si itercidissent, ipse mihi succẽseret vt parũ officioso, tanq̃ nõ rescripsissem. Salutabis eũ verbis meis cũ hominẽ cõueneris, τοῦτον γὰρ περὶ πλείστου ποιοῦμαι τὸν φίλον, ὃν πεῖραν ἔφθην ποιήσας, ἔτω γε ἀξιολογωτάτην. καὶ ἐπιφανεστάτην γε δὴ ἐσομένην τοῖς ἐντευξομένοις ταῖς ἐπιστολαῖς ταῖς ἀμφοῖν ἡμῶν ἤδη τε καὶ εἰς τὸ ὕστερον ἐξιούσαις. Vale. Salutaui quos salutãdos mandasti. Parisiis postridie Cal. Februar. M. quingentesimo vndeuicesimo.

Budęus Viui.S.

VT lętitia affectus sum literis tuis plectis, ita tristicula quædã subiit animũ mihi suspicio, subacerbusq; scrupulus ab Erasmo meo, qui ꝓ suo more non rescripsit alteris iam literis meis. scilicet hoc illud est, nescio quid ille arbitratur stomacho meo hęsisse aut rancidulæ simultatis, aut pertinacis offensiõis, ob grãdẽ illã epistolã, in qua eloquẽtię tragulas figuris inuolutas in hoiem semiermẽ, atq; improuidũ contorsit, omnia tũ pacata sperantẽ & cõposita. Quã tñ vt elogiũ summi viri asseruandã esse duxi, in bonã vtiq; partẽ fidẽ magis factũrũ. Qꝗ cũ minime suspicacẽ me hominẽ dũtaxat ab amicis, ac summę simplicitatis esse semper prę me tulerim, mihi ipsi iperare cõstitui, nihil omino odiosius existimare, ꝗ Erasmũ inertiorẽ iam esse factũ & desidiosiorẽ, animo vtiq; fatiscẽte laboribus irrequietis. Neq; vero aut illũ, aut te audiã, si causificari institeris, & excusare occupationes eius auocamẽta nõ admittẽtes: vtpote qui sciam, & ex publicatis libris cernã nunꝗ nõ illũ scribendis epistolis feriatũ fuisse, ad eos quidem quorum huiuscemodi cõmercio animi causa vtit̃. Sed q̃d ei de me te rogitanti dixisti, existimo perbelle me admodũq; risisse, videlicet ꝙ diceres cũ fabris mihi nũc & structoribus, non cũ literatis ac studiosis rem esse: deinde etiã (si Philologię placet) cũ aulę

mancipibus:officinę scilicet molestiarũ atq; impo sturarũ. Iã primũ q̃ bellũ dirũ & inexpiabile quieti, ac pecuniis meis indixerim, cũ mihi ędificãdi libido incessit dãnosissima: erratũ quidẽ agnosco, culpãq; adeo fatalẽ non inficior. Verũ quid agerẽ, aut quã mihi fugã mortis consciscerẽ potius? q̃d exilium amœnius a contubernio Philologię meę? Sed rem totã vt cognoscas velim. Nescio quo casu cõtigerat vt essem repẽte in ęre meo satis multo, vt vnus quidẽ hominũ studiosorum: at sum numeratę pecunię ĩpotẽs, vt siquis alius natura: fœneratoriã factitare nõ didicerã: quũ omnino facere nequirẽ, quin pecuniã studiorũ meorũ interpellatricẽ, aliqua in re occuparem, aut quouis modo amolirer a cõtubernio bibliothecæ meę, nec in vicinia proscriptiones p̃diorũ existerẽt, ad ędificatoriam animũ appuli: primũ animi ipsius causa, quẽ a contentione lectionis cõmentationisq; vt abducerẽ, medici ita mihi auctores erant, minas vt adderẽt etiã capitales nisi dicto audiens essem. Hoc enim cõpetenter quoq; ad casum ante dictũ accesserat, instabãt propinqui, amici, obuii quiq; deniq; vt affectã valetudinẽ, corpusq; extenuatũ, ac propemodũ accisum recrearem & instaurarẽ. In quorũ potestate ac medicorũ cũ futurũ me sępius promisissem, ab instituto tandẽ genere vitæ migraui

in vniuersum, salutemq; pene literis dixeram desti natione animi: vtpote ob aduersam meam valetudinē inuidiosis apud omnes qui me nouerāt. Specimē autem œconomicę facultatis factitans, in metandis circūscribendisq; villis & instruendis mire mihi placebam, interim rationē nullam subducens in summā vniuersam impendiorū, quoad tertio demū anno errorem sentire cœpi, tum primū scilicet, quum expeculiato mihi esse contigit & exhausto. Et tamen sic quoq; etsi sero ad frugē bonā rediisse quoquo modo videbar, iāq; senectutis & familię rationē ducere, quum rursus e re nata ędificandi necessitas studiorūq; auocatio, in pristinā me molestiam, reiq; familiaris voraginē reuoluit, vnde semel extitisse mihimet ipse gratulabar. Siquidem cū antea inter inquilinos cēserer, & sexto aut septimo quoq; anno domicilium, viciniā, parœciā demutare cogerer: simul nouas sedes musis meis quęrere, larariūq; meū interpolare: firmare aliquādo sedem constitui Philologię meę, instrumentūq; figere studiorū meo℞. Domū emi procul foro, sed ea in regione vrbis, quæ magnificis ædificiis nuper cohonestari cœpit. Hæc cū a vicinis mihi est accōmodata, tum vero cōpendiosum habet exitum ad vtrāq; meam villā. Cæterū (quod aiunt) porculū intra saccū mercatus. Nā domū emi vix oculis li-

mis per transitũ inspectam. Neq; enim tum licuit ob inquilinũ intus eã perlustrare. Quare quũ hoc anno i eã transiuissem, recõcinnare eã adortus, eo necessario perductus sum: vt partem eius dirutã ab integro instaurarem. Deinde hoc incõmodi accessit, q ne rediuiuo quidẽ lapide vti mihi licuit, ne cõtignatione quidem eadẽ, ne ipse mihi magis q̃ liberis ędificare viderer. Ita qđ in prętoriolis rusticis luxui imputari potuit, in vrbe necessitatis expressę fuit. Quod ideo testãdum apud te duxi, ne mihi vitio vertatur q domi me tunicatũ (vt arbitror) offendisti, & circa huiuscemodi curas satagitãtẽ, haud cõgruenter vtiq; studiosi viri instituto. En tibi rationẽ frugalitatis meę, quã triennio ego secutus, Plutum illũ meũ, quẽ mihi aliquãdo Erasmus inuidere videbatur, funere tandẽ extuli, nõ latrocinio, nõ alea, non vi aut casu sublatũ, sed lapidatione confectũ, peremptũ, & obrutũ. Post hæc tanta ingenii mei auocamenta ab solito instituto, etiã curiosus esse volui, & velut in Euthymiæ numen piaculo me obstrinxissem, aulã inspicere sustinui atq; etiam introspicere. Miserũ me qui id inficiari piaculũ nequeo: scilicet parũ erat totũ pene triennium tot mihi negocia meipsum facessisse, studii voluptate caruisse, tantũ tẽporis rationibus meis exemisse: nisi etiã Iliadis molestiarũ periculũ face-

rem. Tametsi ὀυκ ὄυτω κακῶς, vt aiunt. nam interim ineptiens tribus aut quatuor mēsibus tātum me spero profecisse: vt speciosum quidē illud monstrū: sed Sirene pellacius exitiabiliusq̧, quam Aulā appellamus, haud antea mihi inexpertū, ita deniq̧ cœperim odisse & auersari: vt auē inauspicatam. Q̄ nisi τοὺς ἀποτροπαίους θεοὺς p̄sentes ac propitios habuissem, in medias vtiq̧ fauces monstri me insinuauissem, vt quidē impetū haud auspicato ceperam. Nunc vero ita perspexisse illecebrosam eius ingluuiem me spero, vt nunq̄ propius accessurus sim, nisi (vt sunt humana non in homine sita) liuidus aliquis genius securitatē mihi inuidere cœperit, & velut aulę fugitiuum, ad eā retraxerit, q̄d diui omen auertant. Q̄ si sciens prudensq̧ fallo, causam haud dico quin me de9 optimus maxim9 maximo quodā mactet infortunio. Et tu me arbitraris aulę mācipatū ita esse: vt nec mei iuris esse cupiā, nec ditiōis philosophię? Apagesis mi Ludouice istā opinionē, & nisi perfidiosum me esse putas, mihi me & Philologię meę, amicis & literatorū omnium studiosorūq̧ nationi restitutū nūc esse crede, qui quidē mecū inire & cōtrahere amicitiā volent, id q̄d tu votis prope conceptis exoptare videbare. An vero ego illā libertatis prostitutionem, illā industrię & facultatis venditationē inde

coram, illam deniq; mentis carnificinã tranquillitatis cupidę, cõmentandi voluptati, stili exercitationi, ingenii officinę, liberis prĕferrem, in qua animi sensusq; simulacra cuduntur & effingũtur, nõ modo iconice sed etiã ethice elaborata: vt nunq̃ ipsa interitura, ita perenni memorię famęq; consecranda posteritatis scitis. Ita me Deus diuiq; oĩes iuuent: vt ego Philologię meę iugem, assiduã, perennẽ consuetudinẽ, vxoris consortiũ & conuictũ, liberorum comitatũ cum filiolę vnicę blandimẽtis, & infantiũ acroamatis strepitantiũ inter se & collusitantium, pluris esse duco, q̃ omnes fastus aulæ & mirificas illas species regii comitatus, oẽs principis apparituras libertate mulctatas. Quid? hortorum, pascuorum, aruorum conspectũ nullis officientibus ędificiis liberũ, quãti esse æstimas? Quãti villarũ amœnitatem, ambulationes inter opaca abstrusas, meditando, cõmentando, recitando implicitas, rhapsodiis canoras, numeris omnibus securitatis tranquillitatisq; solutas? Quãti deniq; illud ocium fruendę felicitatis, quũ interordiniis arborũ obeundis, q̃bus ipse metandis non pridẽ, in versusq; oblongos porrigendis interfui, velut operis curator oparũq; exactor, viuere me sentio? Eos aũt q̃bus vel ĩ fori strepitu, vel in aulę ambitu cõsenescere cõtingit, aura q̃dẽ vesci ac spirare, nõ etiã

frui vita,cœliq; suspiciendi cōpotes esse cēseo, qui bus vtiq; ipsis (o miserā viuendi conditionē) nec licet vnq̄ nec libet secū viuere,& suo versari cū ge nio.Ibi vnā demū experior ægritudinem, cū mihi subit scilicet repetendę vrbis memoria,non aliter atq; si iugū rursus subeundū sit equo in pascuis so luto.Enimuero lectitandi,cōmentandi, scriptitan- di voluptatem, iis quidem certe queis ea res sub manus succedit numine aliquo aspirante, nec ære nec auro permutandā esse censeo,ne sceptris qui- dē ipsis,nedum fascibus & infulis ad vulgus splen dorē suū venditantibus.Neq; id temere ipse incō sultoq; impetu, aut inani (vt fit) philosophatione iudico & statuo.Certa est hæc sententia animi cō- firmati fiducia solida subnixi,multa atq; diuturna meditatione quęsita:det mihi modo prouidentia vt iuris mei esse possim. Omnia enim vitæ gene- ra considerasse,omnia instituta hominū nostratiū expendisse accurate mihi videor,dūtaxat quod sa- tis esse possit ad æstimandū quid in vnoquoq; ge nere cōmodi sit & incōmodi,quoq; aliud alii præ- stet,aut alio deterius sit. Sed nihil peride hilariter recordor,q̄ cū omnes animi mei potestates cōme mini veluti palabundas expatiari in earū rerū co- gitatione & cura,quæ maxime abhorrere a philo- sophia videntur, & per diametrū esse obiecta (vt

eſt in Grçcorum prouerbio) ei vitæ quã ego in-
ſtitui annos iã prope duodetriginta, omneſq; ſen-
ſus meos per occaſionem a ſtatione ſua emiſſos,
veluti errones aut emãſores longe diuq; peruaga-
tos eſſe, & multa exploraſſe nihil ad inſtitutũ per-
tinentia euentu haud incommodo. Quippe qui in
præſidia ſe ſua haud turbide receperunt, ſtatim
atq; principatus animi receptui canendum eſſe
cenſuit, ita vt imperia nunc libentes a ratione acci
piant, ac ſeſe in poteſtate futuros philoſophiç prç
ſe ferãt. Atqui in huiuſcemodi cõſtitutionem ani-
mi fortuna æmula philoſophiæ parum mihi iuris
videtur habitura. Quo fit ſpe vt certiore, ac ſecu-
riore propoſito inſtructũ me eſſe cõfidam aduer-
ſus indeprecabilem fatorum neceſſitatem, nec ma
gnopere fortuna negocia faceſſere poſſit ſtudio
literarum obhçreſcẽti. Huiuſcemodi porro fuiſſe
animi mei habitum credi nolim in poſterum, niſi
eiuſce rei documẽta dedero luculenta, modo nihil
mihi acciderit humanitus. id quod ipſum diuina
viderit prouidentia, cuius eſt benignitatis quic-
quid poſſumus & præſtamus. οὕτω νῦν τἀναντία φρο
νῶ τοῖς τε πολλοῖς τοῖς τε τῶν πολλῶν προστατεύουσιν, ὥστε μέ
γα ἔγωγε φρονῶ ἐπὶ καταφρονήσει ὧν οὗτοι ποιοῦνται περὶ
πλείστου, τούτων αὐτῶν ἂν δήπως οὐ κηδομένων ὧν ἡμεῖς
θαυμάζομεν. Eraſmum meum tuũq; verbis meis ſa-

luta: cui ex iis quę tecum locutus sum nō pridem, persuasisse iam debes nihilo me illi infensiorem esse ob illam scriptionem. Quicquid enim in me scite ac lepide per speciemq; declamationis velitatus est, offendere me non debuit, presertim quum nihil ita noxie spiculatum emiserit, vt non ab eodem ipso euelli queat cum volet, vulnusculiq; locus cicatrice obduci. Vt autē sciat q̄ eiusmodi facto eius cōturbatus sim, velim vt eum certiorem facias, me epistolam eam imprimendam curaturum nisi ipse anteuerterit, feramq; libens hanc ei conditionē, liceat vt ei statuere an eiuscemodi pactum concipere inireq; mecum velit, ἐφ᾽ ᾧ μὴ μνησικακήσομεν ἄμφω τῶν ἀντεπεσταλμένων ὑφ᾽ ἡμῶν. καί τι ἄχθομαί μεν ἔπωσε ἀπιστούμενος ὑπὸ τούτου, καὶ τῆς ὁμοσάμενος ἢ μὴν μὴ ἀχθεσθῆναί σε αὐτῷ ὑπὲρ τῶν γεγραμμένων. Habes quod petiisti longæ epistolæ argumentum, si tibi vel in nugis paria mecum facere vacauerit. Vale. Parisiis quartodecimo Cal. Septēbres. M.D.XIX.

Gulielmus Budęus Ludouico Viui. S.

NVnc nunc intelligo imprudens quid in me admiserim. Scripsi (vt opinor) animi mei iam pene compositi atq; in certum quoddam propositum confirmati luculenta me argumenta daturum. Hoc vide ne tu prępropere quasi grandiū

quorundam operum conscriptionũq; pollicitatio-
nem arripueris. Ecce enim prægestientibus his
tuis literis, quid aliud q̃ me temerariȩ huius polli-
citationis appellas, & admones vt commemine-
rim quam de me expectationem excitarim? Heus
tu vir amicissime, vide tuo ne p̄iudicio mihi gra-
uis sis & molestus: non ego mea verba sic a te ex-
auditum iri putaui. Quid si ego ita intelligi ver-
ba mea postulem, statuisse me posthac sic litera-
rum studio incubiturum, sic philosophiæ cultui
obseruantiæq; hæsurum, vt nulla spe nec hono-
rum nec bonorum auelli inde possim, & ad istas
nugarum curas curiositatesq; adduci? num in eo
mihi indulgere grauabere? Amabo te mi Viues,
liceat mihi per te ocio hoc libere pleneq; frui, cu-
ius cupientissimus iandiu sum vt si quisq̃ homi-
num. Qui si hic mihi ocium non indulges quod
idem non negocii plenum sit & laboribus fœtum
nimirum ĩ eandem rursus molestiam me reuoluis
e qua emersisse gaudebam ipse, Philologiæq; gra-
tulabar. Non ꝗ recusem si ex hoc (vt fit) ocio ne
gocium sponte ingenii mei enascatur, in id toto
etiã pectore incumbere: sed expectationem istam
tuam ocii mei rationem exacte subducentem &
grauor & vereor, quæ mihi legendi voluptatẽ me
ditandiq; spaciũ adimit, Quippe quȩ hoc exigere

videtur,vt a labore campestri ac subdiali, ad vm-
bratilem protinus me conferã,& tanq̃ pistrinariũ
Sic ista tua de me magnifica opinione oneras, vt
succumbere existimationi tuę quasi oneri iniquo
& pręgrauanti cogar. Ita ne vero Budæo cessare
ne in secessu quidẽ non licebit citra inertię ac de-
sidię crimen? O Iuppiter amicitię pręses: quid est
si hęc imperiosa amicitia non est? Mihi igitur per
homines immodice amicos ac mei nominis p̃ter
modũ studiosos: animi gratia latere, atq; in obli-
uione trãquilla esse aliquãtisper non licebit? Quin
tu is ipse in hoc ipm decus potius cũ isto strenuo
aĩo atq; irrequieto? Cur hominẽ me quietis appe-
tentẽ, glorię iam minus cupidũ, ad iudiciũ rursus
vadaris hominũ literarũ pręsidũ? Quo in iudicio
noui quãto discrimine famę suę facinus suscipiãt
ii qui nouas controuersias in medium deducunt.
Sine me quæso vir amice paululum mecum esse.
Lege age cũ illo infatigabili Erasmo, cuius animus
ope perenni pascitur, & rerũ vegetatur difficulta
te, q causam obtẽdere nullã potest quo minus to-
tus esse debeat in cõtẽtione legẽdi, cõmẽtãdi, scri
bẽdi. Cui velut oim laborũ Herculi publicę expe-
ctationis opinionisq; sensus, quasi qdã Eurystheus
labores cõtinuatos iiũgit & pennes. Mihi vna aut
altera ærũna exanclata abũde sunt (vt arbitror)

ad emerẽdã rudẽ. duabus iã cõfectis si tertiã olim addidero, ea pro corollario habebitur vtiq; existimationis de me conceptę. Etenim homini vxori ac liberis obstricto quæ causa esse tanta, quę occasio potest, quæ voluptas tanta deniq;: vt in literarũ & scribendi contentione spiritus iã ab ætate & alias lãguidiores obtusioresq; fundat? At vero amicorũ meorum optimus quisq; & spectatissimę fidei ita mecum nunc agit, sic mihi iam vt cessatori instat, quasi ea quæ iã a me edita sunt industrię documẽta, velut prolusiones fuerint eorũ quę expectãtur. Atqui ipse (vt video) longe opinione falsus sum, qui sperabã rude iam me donatũ omniũ iudicio, vtpote qui iãdiu vsurpassem immunitatẽ nullo intercedente. Nunc vero eo mihi res recidit (vt video) errore scilicet vestro industriã meã nimiopere æstimantiũ, vt nõ modo gloriæ prolixe a vobis erogatę auctoramento rursus in arenã descendendũ sit ac desudandũ, sed etiã nisi me in ludũ reuocauerim, vitare ipse vt ignominiã nequeam. En mihi præmiũ fortasse pro repudiata ambitione. Vndenam autẽ mihi fiducia denuo prodeundi? vnde porro ociũ a curis familiaribus & lectiõe qua magnopere oblector? Qz si tu causificatiõibus nõ auscultare statuisti, finito saltẽ me sarcinas hic cõponere, vbi ocii literarii officinã institui, animiq; trã

quillitatis. q̄q̄ nihil minus q̄ curarum sollicitudinū q; vacationem diuinitus exoro, cum nihil magis optem orē q;. Dabis certe spacium animo sese recolligenti. Quid? stilum velut rubigine quadā diuturnæ inertiæ exesum atq; obtusum, non poscere cotem multam arbitraris, multam expolitionem lectionis acris & elegantis? Noli igitur vir amice ante diem vrgere, qui nōdum ipse ita cessit vt appellare me de inconsulta illa pollicitatione possis, atq; ita mecum agere, quasi mora iāiam intercessura nisi opus aliquod confectum propediem pręstitero arbitratu tuo atq; doctissimorum. Nam quid ego pręstare tam repēte potero dignum spe tua & existimatione? Hoc ipsum tamen quale sit aut propediem ipse aut certe primo quoq; tempore videro, si spes vna ac præcipua amplectendi retinendiq; consertis (vt dicitur) manibus ocii nō decollarit. Verum q̄d de Annotationibus in Pandectas peragendis admones, actum agis, vt aiunt. Semel enim lampadem huius incepti illis libens tradidi, qui me non dubie cessante vices meas occuparunt vt caducas. Qz miraris me non scribere, velim vt scias Erasmi epistolæ nouissimę gręce & latine rescripsisse. Priores literas misi ad Hermanum Erasmi amicum, posteriores Gourmontio dedi, qui forte huc venerat cum homine mihi

amico. His literis quid factum sit mirari satis nequeo, si ne nunc quidem redditę sunt. Tibi autem non rescripsi, quando vices tuæ iam esse scribendi videbantur. Deinde nullum inueni qui se literas ad te perferendas curaturum reciperet. Binas hoc quatriduo a te accepi, cum in vrbe essem ob negocium quod me totum poscebat. nunc occasio se obtulit vt hinc properanter scriberem: ac nuncium tandiu ob id moratus sum, qui literas in vrbem pertulit. Ad alteras tuas literas rescribam cum licebit. parum est enim hic quoq; mihi ocii, & ad vrbem subinde concursare res me cogit familiaris. Vale & feliciter viue, vt diu nobis Viues sis: & (quod nunc facis) literas bonas illustres. Ex Marliano nostro postridie Calend. Ianuarias. M.D.XIX.

Guliemus Budęus Salmonio Macrino. S.

REdditæ sunt mihi literę tuę viam ineunti ad vrbem, in qua triduũ moratus, quũ huc propere reuertissem, scribere hasce ante omnia cœpi ac primo quoq; tẽpore. Accipe igitur qđ petiisti, qđ a Fabio acceptum per manũ tibi trado: is aũt libro decimo ita inquit. Quis dubitet Platonẽ esse præcipuũ siue acumine differendi, siue eloquendi facultate diuina quadã & Homerica? multũ enim

supra prosam orationem, & quā pedestrem Græci vocant, surgit: vt mihi non hominis ingenio, sed quodā Delphico videatur oraculo instinctus. His verbis prosam & pedestrem orationem eādē esse intelligo: ita vt &, coniūctio sit μόριον διασαφητικόν. siquidem Græci πεζὸν λόγον prosam orationem vocant, quasi peditem sermonē, & πεζολόγους historicos. Neq; vero id vocabulū a pedibus metricis inditum est, sed aliquid humile submissumq; denotat significatione præcipua, nisi fallor: quasi dicas humi gradiens, qđq; nec carminis sublimitate vehitur, nec figurata numerosaq; oratione nititur: etiā si in vniuersum vsurpari soleat pro omni oratione soluta lege carminis. Sed humilitas ista & submissio intelligenda mihi videtur in pronūciatione, ac vocis tēperamento, magis q̄ in structura aut elocutione, tum quidē certe cum prosam orationem in vniuersum hoc vocabulo significamus. Argumentum huiusce opinionis illud Horatii in Arte Poetica esse potest: Interdum tamen & vocē comœdia tollit, Iratusq; Chremes tumido delitigat ore: Et tragicus plerūq; dolet sermone pedestri. Simul illud Luciani, ἀτραγῴδη τά τε πάντα καὶ πεζὰ καὶ δημοτικά, καὶ τύφου οὐδὲ εἷς. Ac si dicas, nihil autē ibi tragœdię simile, sed pedestria omnia populariaq;, citra fastum prorsus & elationē. Hacte-

nus ille. Nam carmen suis numeris quasi equis iũ ctis tollitur, celeriusq; incedit oratione prosa in vniuersum: vtpote cum ipsa prosa intra sermonis pronũciationem cohibeatur, etiam si sit grandiloquentior, ac suapte ipsa grauitate sublimis. neq;. n. in canticũ effertur vt poema. Sũt alioquin prosę orationis duo genera eodem Fabio auctore, cum libro vndecimo ita scripserit. Etiã quæ bene composita erũt, memoriam serie sua ducent. Nã sicut facilius ediscimus versus q̃ prosam orationem, ita prosam iunctam q̃ dissolutam. Quibus verbis intelligimus pedestrem orationem non esse proprie orationẽ numeris iunctam aptãq; oratoriis, & ita compositam vt fastigiũ sermonis excedat: qualis est Platonis, cuius supra meminit. Verũ q̃ me obsecras & obtestaris, parum amice facis, quando id quod me ambitiose rogas, iure postulare tuo potes. Id enim tu velim ne ignores, in albo amicorũ meorum eum te locum obtinere, possis vt operã mihi quantãuis iniungere, dũtaxat quæ muneris mei & opificii viriumq; esse videatur. q̃q̃ nihil in hoc esse video qđ tibi magnopere succensere debeam, si tu obsecrabundus operam meam vtendã ad semihorã rogasti, quũ id pro tuo ipsum more, moribusq; adeo tuis animaduertã fecisse magis q̃ q̃ meos id mores poscere arbitrarere. Qui si me

ipse iudicasses eorum esse ordinis qui grauate & magno operas suas addicūt,aut indicant hominibus sibi notis,nedū amicis,neq; iis quibuslibet,sed certi cuiusdā meriti & notæ primariæ (cuiusmodi esse te existimo) esset abunde quod tecū expostularem.Nunc vero cū eo esse te ingenio agnouerim iādiu,vt deduci ab ista comitate ac benignitate appellādi amici nequeas,haud ægre tibi gratiā ingenuę ac liberalis huius culpę faciā,quā ipse idētidem admittere in officiis multis ac muneribus agēdę vitę solitus,mirū est q; in epistolis scribēdis contrariā huic culpā non vito:tū quidē præcipue cū ad doctissimos viros scribo,& literarū amantissimos. Est enim nescio quid numinis (propitii an infensi addubito) quod mihi fiduciā pleniorē accōmodat,vel adimit innatā verecundiā, in eo genere cōmercii quod musis initur conciliatricibus, interdū inter alienos ac lingua institutisq; discrepitantes.Quā in re immodicum me esse viri mihi amicissimi epistolæ testantur officiose obiurgatrices,fidēq; mihi facere iā cœpere:apud quē tamen vt apud alios quoq; in satisfactionē cessurā mihi puto ingenii simplicitatē,quū iis ipsa pernotuerit. Hanc naturę temperaturā Gręci εὐήθειαν appellāt, Attici pręcipue:quæ quoniā ipsa interim stultitia esse creditur,eodē vocabulo habitus vterq; anim

ſignificatur:quum tamen dictionis etymon cōmē
dationē rei ſignificatę præferat. Verū enim quod
ſcribis in tranſitu,quaſiq; aliud agens,ſerio me hic
cuidā operi incūbere,amabo te mi Salmoni, cedo
mihi nūc illū qui tibi hoc indicauit.nēpe coniectu
ra eſt hæc iſtius animi,in me ita ꝓpenſa, vt in hoc
ipſo ocio ad quod ego confugi , mihimet nego-
cium me faceſſere certo certius habeas . At vide
quęſo vt iſta coniectura tam certa ęquus ſis mihi
ſatis amicus.Quid autē per muſas ſanctiſſima ti-
bi numina,quid inquā aliud mihi q̄ inertiam,deſi-
diam,ſocordiā exprobras hac tua exiſtimatione tā
explorata,ſi nihil tandē ſcripſiſſe cōperiar?Equidē
nihil grauius,nihil moleſtius,nihil magis obnoxiū
eſſe reor q̄ eiuſmodi expectationes ſuſtinere hoīm
nimiū de me merētiū,opinatione magnifica a mę
ſibi ſemper aliquid ſpondētiū,iāiāq; exiturū. Quo
efficitur nō modo vt alto perfrui ocio liberoq; ne-
queā,ſed etiā vt ad occurſ9 hoīm palleā,aut rubeā
identidē tanq̄ debitor ὑπερήμερος, καὶ ἐκπροθεσμίας
τῶν κεχρεωστημένων. Itaq; ne diutius te fruſtrer, nihil
iam moror iſtos efflagitatores,quibus vt obuiam
ipſis fact9 ſum,ſalute data ſtati & accepta,aurib9
vorare cogor illa toties inculcata, Satin ſalue Bu-
dęe? ecquid tibi ſecus accidit ꝙ tandiu nihil edis?
quouſq; nos expectatiōe ſuſpēdis?q̄ mox illud pa-

ris qđ aiunt te parturire? Scilicet hoc illud est, nescio quid maius aut intractabilius tādiu in incude versatur. Me miserū quum hęc audio, & angore ęstuqȝ intestino perditū: qui si caussificari insistā, ilicet renidentes aiunt me ludificari, & simul hortantur vt primo quoqȝ tēpore fidē meā liberē pręclaris illis Annotationibus in Pandectas: quibus etiā pręla iā apparari dictitant. quorū tu vnus aliquando fuisti, vt meminisse videor. Quare ne diutius erres, de Annotationibus actū iam agūt, qui me eo de nomine appellant, quando eiusce rei absoluēdę eos expromissores dare possum, & ipsi accipere, qui ea de re iā ita cōstituerūt operib9 editis: vt cautū reip. satis eē videat. pręclareqȝ mecū actū esse arbitrabor si impune ferre liceat qđ hactenus mihi de enarratione excidit rerū ad ius ciuile pertinētiū. Quippe qui iā atroces cōtumelias intentari mihi non nescius sim a postica mūdi parte, vñ minime mihi esse metuendū putabā. Qđ vero ad alia ꝑtinet, vtinā mihi diuina benignitate hę suppeditentur facultates, vnde quoquo pacto decidere queam vobiscū istā de me enatā expectationē, quasi nomen quoddā publicū errore hominū contractū, a ceruiceqȝ mea excutere tā grauē functionē inique mihi impositā. Sed etiam etiāqȝ vereor: vt ęquas mentes nostrorum hominū opinio-

nesq; inueniã, queis cũ decidere id debitũ leui cõ‑
ditione possim, cui soluendo nõ sum omnino. Qui
si dure mecũ ipsi agere tandẽ, atq; ex opinione te‑
merariis de causis ꝓsumpta vrgere institerint ad
opus aliud aliudq; faciẽdum, perii: nisi spes aliqua
affulserit tanq̃ tabularũ nouarũ, ansam vt arripe‑
re inde possim frustrationũ & cõperendinationũ
in posterũ ac tertium semper annũ. Age: quid si so
lũ verterim, & in Marlianũ meũ migrarim: tamen
ne molesti esse pergent: & in me lege agere? credo,
vt est improbitas existimationis publicæ, qui etiã
(me miserũ, cui vni fere vt Erasmo cessare non li‑
cebit) quum tertiũ iam mensem hic cũ familia ha
bitẽ, non animi isti causa sed operis secessisse me
autumãt. Cui errori tu affinis (vt opinor) illud in
literis tuis addidisti de opere serio tãtisper inter‑
mittendo. Proinde ne dicas non pręedictũ, seriũ mi
hi hic opus est quiescere, & ocium amplecti q̃ pos
sum arctissime, recreari ab huius anni fatigatione
& egregia illa atq; luculẽta expeditione, quę meas
fortunas scilicet mirifice auctitauit: quã vt suscipe
rẽ ipse, amicorũ iurgia cognatorũq; extulerũt. De
niq; nugarũ curarũq; obliuisci hic meditor: verũ
nõ modo hoc opus sed etiã hic labor ẽ: vsqueadeo
recusantes idẽtidem nugas, ac peruigiles curas cõ
sopire nequeo, nec abigere a contubernio Philolo‑

gię meę. Cupio, p(inquã) scire cupio quid Ianus Lascaris agat vir apud omneis ordines gratiosus, vbi sit, quãtũq; valeat. Vt enim neminẽ esse hominẽ arbitror, cui melius consultũ q̃ mihi ille cupiat, ita officii mei esse duco omnia eius causa velle, incolumitatẽq; ipsi corporis fortunarũq; optare q̃ vehementissime. Eũ verbis meis salutabis, si istinc adhuc non discessit, gratiãq; habere dices ob scita admodũ epigrãmata ad me missa. Scribam tñ ad eũ nonnihil si forte adhuc agit in aula, qđ vix mihi persuadeo. Vale vir doctissime, in Marliano nostro postridie diei diuo Martino festi, q nobis pithœgia est ad exploranda vina, auspicãdamq; vini mustei potionem, aut certe proludendam.

Gulielmus Budęus Baptistę Egnatio. S.

QVum apud Franciscũ Deloinũ iurisconsultorũ disertissimũ heri ad prandiũ ex condicto venissem: incidi tũ primũ in sermonẽ cũ Ioanne Grolierio Insubrię quęstore, viro sane eleganti institutione perpolito, literarũq; bonarũ amãti ac studioso: qđ rarissimũ est apud nos in ea sorte vitę. Is cum de doctis Italię viris excitatus esset sermo, ait de me te ita loqui solitum, atq; de eo quem tu amicũ habere cuperes, corãq; aliquãdo alloqui si res ita forte nata tulisset: vt vel ego istic nego-

ciũ, vel tu hic prouinciã haberes. Hoc cũ mihi iucũdum fuit & pergratũ auditu (sum enim vt qui maxime, istius generis amicitiarũ cupidus) tũ illud ęgre tuli qđ addidit, abhinc iã ferme bienniũ literas te ad me dedisse: q̃bus nõ responderã. Cui9 rei vt fidẽ mihi plane Deloinoq; faceret, ait penes se earũ literarũ exemplũ esse: stipularíq; a se me voluit id mihi missurũ iri primo quoq; tempore, aut certe prima quaq; occasione. Velim igitur vt vel perfidię, vel incurię inquiras in eum cui tu literas eas reddidisti: aut si id facere grauabere, me vt superbiæ, vt rusticitatis, vt inscitię, vt alius cuiusuis ignominiosę culpę absoluas: quẽ nõ dubito hactenus apud te reum suspectũq; fuisse ob id q̃ nõ rescripserim. Egon vt Egnatio aut cuiq̃ ista doctrina, ista existimatione pręditorũ, officio me prouocanti, & huius generis officio, cederem? & appellanti non responderẽ? Ego ne si semianimis quidẽ essem. nõ ita me experti qui ad me ex Germania, qui ex Britannia, qui Roma, qui latine, qui grece, qui ꝓmiscue scripserũt. Nihil enim mihi nõ vitio dari malim q̃ virorũ doctissimorũ neglectũ: quorũ quidẽ certe ingenium non tm̃ admirer, sed etiã probem. Siquidem ex quo studii profectu altiores quidẽ spiritus, sed placidiores sustuli: ita me cõparare institi, eãq; scribendi rationẽ institui, vt inge-

nii atq; animi mei æquitatẽ ꝓbare magis doctissi
mis hominibus, q̃ aut acumẽ, aut magnitudinem
contenderim. Apud alios quonã modo voti com-
pos factus sim, partim nescio, partim nũc ad rem
nõ pertinet. Quod vero ad te attinet, res mihi ces-
sisse ex sententia videtur coniecturã vtiq; ex tuis
in Suetoniũ cõmentariis facienti: quibus tu in ip-
sis non minus grauiter q̃ beneuole Budęi memini
sti, expendẽs candorẽ ingenii non minus q̃ doctri
nam. Quod nisi tandẽ ipsum tibi in mẽtione sena
torii census in mentẽ venisset vt faceres, in eo fer-
me erã vt compilasse cõmentarios Leonardi Por-
tii Vincẽtini crederer: quos scriptos vel ab eo, vel
ab alio quoq; fuisse, nedũ editos, a nemine vnq̃ au-
dire pręterq̃ a te potui. Equidẽ nõ dubito Leonar
dũ Portium doctũ & ingeniosum virũ esse: cũ eũ
tu dignũ existimaris, quem testimonii tui auctori
tate ornares. Verũtamen ita mihi & in præteritũ,
& in posterũ rationem cõstare laborũ scriptorũq;
meorũ diuina benignitate detur: vt in nullius vnq̃
aut viui aut mortui cõmẽtarios vel adnotationes
incidi: ne in sermonẽ quidẽ, ex quibus vel tantulũ
adiutus sim ad ponderũ mensurarũve, aut rei nũ-
marię explicationẽ: pręter eos auctores quos no-
minatim laudaui ad meã sententiã confirmãdam.
Id quod tibi atq; omnibus facile me persuasurum

confido: qui quidẽ ita me diſputationẽ illã tractaſſe animaduerterint: vt a primis demonſtrationis elementis exorſus, ac per omneis (vt aiunt) numeros perſecutus: nihil nec mihi nec aliis fortaſſe dicẽdũ reliquerim, quo res ea perſpectior ac certior eſſe poſſit hoc ęuo. Te autẽ non oſcitanter librum meũ legiſſe ex cõmentariis tuis intelligo in Suetonium editis. Portio vero & mihi vt cãdide & grauiter teſtimoniũ te accõmodaſſe mihi credere imperaui (hoc enim & ętas tua poſcit, & vitę adhuc actę honeſtas, eaq; ampliſſima i Vrbe auctoritas, quã te obtinere audio) ita pręclare actũ eſſe mecũ interpretor: ꝗ nõ vnus ipſe (vt arbitrabar) ab oĩbus diſſentire videor, qui poſt auorũ noſtrorũ memoriam ſcripſerũt de ſeſtertiis & talentis & eorũ ęſtimatiõe: ſed & Portiana cõmẽtatione, & Egnatiano calculo inuentũ meũ comprobatũ eſt, poſtq̃ liber meus trãs Alpes legi cœptus eſt. Veſtramq; ambo℞ auctoritatẽ obiicere iis potero qui rei (vt arbitror) nouitate perculſi, in antiquis me operibus ęſtimandis recte ratiocinatũ eſſe non credũt. Id demũ deprecor, ne libris quinq; de Aſſe & partibus eius editis, & quoquo gentiũ iã (vt audio) dilapſis, alterã etiã editione emendatioribus, ipſe ęre non meo negociari per prouincias, ſed mutuatitio videar. Nec enim ante hoc tẽpus verſurã fa-

cere solitus sum : vt famam aucuparer, nomenq́ inter copiosos & classicos dare possem : quo minus nunc facile in animũ inducerem ea trans Alpes mutuari quæ non modo in patria, sed etiam in Italiæ luce venditarem, & vbiq́ terrarũ. Cupio igitur aliquando commentationem illam Portianam exire in publicum : vt videam an iisdem vestigiis ambo rem indagatam persecuti adeptiq́ fuerimus. Interim vero hoc postulo: vt nihil prçiudicatũ sit: quo minus meũ totum id esse censeatur qđ nemo sibi vel iusto sacraméto, vel legitimis vindiciis asserit. alioqui cum nouas visendasq́ res amplissimi theatri oculis exposuerim : non ipse longe eas petiisse magnoq́ labore videbor, sed veluti institor esse potius hominis Vincẽtini copiosi ac locupletis. id qđ in hac conscientia prçterire silentio nõ possem. Nec tamen illi qđ suũ est inuideo, modo id sine vlla mea captione obtineat. Et est res huiuscemodi fortasse quç duorũ esse possit. Certe tu hac eadẽ de re duos (vt aiunt) parietes illeuisti: scite certe & feliciter qđ quidẽ ad me attinet : a quo nihil hoc facto nisi bonã gratiã iniuisti. Quare te oro atq́ obtestor mi Egnati. iam enim meũ te vocabo fretus testimonio quçstoris grauissimi : quo velut interuentore & proxeneta in amicitiam (vt spero) iam coiuimus. Verũ te obsecro atq́ etiam

adiuro per numen Philologię, vt si amico & candido animo semel ad me scripsisti, iterũ vel eodẽ, vel alio potius exẽplo scribas: vt obsignatis literis credere possim, & intelligere quid habeas animi: & rescribendi argumentũ habeam. Vale vir doctissime: & quod constituisse te audio facito, rem literariã vt in dies magis ac magis illustres. Parisiis quarto Calen. Decembris. M.D.XVIII.

Gulielmus Budęus Nicolao Beraldo. S.

Literas tuas accepi cũ & permolesto negocio districtus essem, & morbo implicit9: q̃ causa mihi fuit vt serius ad te scriberem. Qz me hortaris atq; etiã flagitas: vt institutũ illud meũ vrgeã: id vero ego percupio. sed sperare aliquando licuit. Nũc autẽ quę operi aggrediendo morã mihi diu ac sępe fecit aduersa valetudo, eadẽ ab opere edito ad hunc diem nullam dum (prope dixerim) horam remisit: vix vt sperare ausim tantum mihi vnq̃ laxamenti futurum quo reliqua conquisita iandiu, & varia lectione regesta, cõposita quoquo modo & in annotationum speciem digesta, in publicum æstimanda præbeam. Neq; tamen eo nomine angi (vt opinor) magnopere debeo: audacior est enim hæc res incepto q̃ euentu gloriosior: nuncq; demum persentisco q̃ arduam q̃q; parum gloriosam prouinciã aut sortitus sim aut sumpse-

rim:prçfertim inter eos in quos & apud quos ar-
ma facundiç parũ valent. Abunde igitur esse puta
bo si appetente iã ea rerũ inclinatione (insigni sa-
ne in posterũ ac maxime memorabili) quã Accur
sianorũ infantia, Ciceronianorũ eloquẽtiç aut cer-
te elegantiç cessura videretur: tantũ hoc ego bellũ
cõmisisse olim dicar: quod a prçstantibus ingenio
viris non citra sudorem (vt aiunt) & puluerẽ pro
fligandũ tandẽ esset. Maius est enim hoc bellũ q̃
vt vno aut altero prçlio decerni, vnius hominis au
spiciis ductuq́ quantũuis pugnacis (nedũ cuiusli
bet, qualẽ me esse non ignoro) confectũ iri sperã-
dũ sit. Verũ id demũ periculum est, ne dũ hanc pu
gnã lacessere volui, incautius iseruescẽte stilo pro
uectus, atrocioribus verbis in viros magnç sectæ
aut auctores aut vindices velitatus esse videar: ha
stasq́ magnis ab auctoribus acceptas, in hostes ne
quicq̃ exhausisse Accursianç maiestatis vmbra te
ctos, quasi scuto Aiacis Homerici. Sed præteri-
ta (vt aiunt) non tam corrigi q̃ reprehendi pos-
sunt. Proinde id in primis optandum erit nobis:
vt siue humanitus quid mihi contigerit, aliquis
mox existat, qui ad præscripta a nobis lineamenta
excipere opus inchoatum non dedignetur, & ve-
lut in demortui locum se sufficere: siue id mihi ab-
soluere licuerit: complures nostrum exemplum

æmulati, aut fortasse imitantes (id enim glorię no ſtrę non refert) in eandē cauſam deſcendāt: ne veluti temerario ipſe ꝓcurſu extra ordines euectus a robore atq; acie ipſa noſtrorū merito deſtitutus eſſe videar. Amplū enim mihi erit me nouum (vt ita dicā) inter literatos hominē, quaſiq; terra (vt dicitur) enatū, literarū humanitatē ab Accurſianis oppreſſam, vel ſuppreſſam potius, ſeruituti eximere atq; ignominię, & in ſuā dignitatem liberali cauſa aſſerere cōtēdiſſe: cōplureis etiā clarioris famę patronos inueniſſe, qui in eandē actionē ſubſcribere maioris doctrinę fiducia non dubitarint: cauſamq; aduerſam a nobis aut affectā aut miſſilibus impulſam, gladiis cōminus cōfecerint & iugularint, in queis te futurū propediem auguror. Quo enim te animo eſſe ſentio, ſi paulū ad iſtam quā adhibuiſſe te aiunt in literis, induſtriā porro etiā adnitere: magnū nobis momentū adiicies trahendis in hāc partē hominū iudiciis. Id qđ eo mihi gratius futurū eſt ꝙ cauſam non hominē ſequi mihi videris. Antehac.n. ne de facie quidem inter nos ipſi nouimus. Agedū incūbito in cauſam (vt dicitur) & q̄plurimos tui ſimiles quoad eius fieri poterit citra incōmodū inſtitutę tibi vitæ in eandē cauſam deducito (iā.n. tua magis q̄ noſtra res agit̄, quibus alia ſors vitę oblata eſt, vel hęc ablata

potius & extorta, mordicus & ad perniciē vsq; retinentibus.) Sic eñ fiet vt quantū nobis viriū accesserit, tantū illis decedat, non modo nostris, sed etiā humanitatis aduersariis: cuiusmodi venustulus ille Aristarch9 primarii istic nominis vt tu ais, qui Budęū scribēdo, & pręsertim illo in loco Apuleii imitatorē esse censuit. qđ vnū verbū eius quid aliud q̄ meram ignorātiā clamitat? Nā de me alii viderint, mihi certe nō perplaceo: verū Apuleium latinū vix semel legi, idq; etiā cōtēptim: gręcū iterum etiā suauissime. Sed quid agas? sic viuitur: ea demū isti recte ac latine dicta esse arbitrantur & cōtēdūt, quę intelligere ipsi possunt: quorū specimen in prima statim charta Bartholi ac deinceps in oibus inuenire possum9, quicqd ad nostrorū auctorū normā aut obseruationē edideris: nunq̄ istis approbaueris improbis. Huiusmodi atq; etiam multo īprobioribus verbis aures nostrę occalluerunt: quos nihil ęque pmit q̄ q Cisalpini atq; etiā Parisiis nati educatiq; sumus: & (absit verbo inuidia) a nobis ipsi edocti. Id nos inuisos facit. Popularibus tm̄ in oculos incurrimus: peregrinos benignis oculis aspiciūt: auribus ęquis ignotos audiūt: & ppurgatis, ciuibus obstrepūt & obloquūtur. In causa est (vt opinor) rei nouę inuidia. Atqui quo magis nōnulla scriptitādo vrere me hoies sentiam

(nūc.n.primū aīaduerti.) eo minus inuidiā eorū ęgre ferā. Ex quo aūt ambitione honorū ipse mihi interdixerā: securus oīs impitorū iudicii, sati velut pōdere excusso, solaq; egregii ꝓpositi cōsciētia fretus, mecū alacriter viuebā, si p valetudinē cōmodā licuisset. At iā ferme quadrienniū ancipiti marte cū morbo infestissimo depugno: qui vt corpus extenuat, sic animi vigorē, alacritatēq; retundit: sępe vt despondere literarū mihi studiū: præsertim reclamitātibus amicis: atq; etiā nōnūq̄ animū, mihi contingat. Qz si hāc epistolā peruenisse ad te sensero, satis tibi faciendi cura defunctum me esse lętabor: sum enim ad scribendum natura procrastinator. Vale. Parisiis. M.D.X. octauo Cal. Aprileis.

Gulielmus Budęus Claudio Cantiunculæ Iurisconsulto. S.

PErgratæ perq; iucundæ mihi fuerunt literæ tuæ doctissime Cantiuncula, duorum mensium interuallo peregre redeunti redditæ. Humanitate enim tua singulari adductus sum atq; adeo negociis ab omnibus abductus, vt Zasianis commentariis vacarem, quos tu mihi dono miseras, vt quidem ego interpretor, animi tui pignus mihi vltro beneuolentis. Qz vero tuis literis magnopere videre, quasiq; ambitu quodā suauiloquo contendere mecum vt amicitiam coire tibi liceat,

hanc ego conditionem tam cupide amplector, vt si prior ingeniũ tuũ nossem, prioreis quoq; partes ad amicitiam prouocãdi occupaturus fuerim. Si quidẽ eximię tuę facundię documento ita animũ meum pigneratus es, atq; munere vltro misso ex tanto locorũ interuallo auctoratum tibi reddidisti, vt totus esse tuus gestiam: quod quidem nulla aliorum amicorũ captione aut incommodo fieri possit. Præsertim cũ istam tuam facundiã germana probitate cõditam esse sentiam, quantũ quidẽ odorari ingenii tui naturã ex vnius epistolę vestigiis potui: cuius tute contextu si mihi animũ tuũ bona fide prompsisti & explicasti, vt fidem mihi facit scriptionis tuę candor maior omni suspicione, vt verbis vestris vtar: quũ ipse ea in re quoq; vt in aliis imposturã factitare nõ didicerim: optimo vtiq; exordio videmur auspicati esse amicitiã. quippe queis mutua admiratio proxenetæ vice functa, officiorũ commerciũ cõciliarit. Cui etiam accessit, q̃ morum similitudo vtrũq; alterius cupidissimum effecit, nisi si animi mei æstimatio ad falsam me coniecturã impulit. Atq animi tui syncera inculpataq; simplicitas doctrina multiplici ꝑpolita, conspicuam se prębuit & illustrem non modo in amicitia mea artifici & cãdido eloquio emerenda, sed etiã in Zasio tuo mirifice cõmẽdando.

ſimul in Forbianę induſtrię patrocinio ſuſcipien-do. Quo minus verendū mihi eſſe duco ne in æſtimatione & perpenſione tuę mentis pꝛopere ſen-tentiā tulerim, vnico ſpecimine contētus humani ingenii, qđ afformare ſeſe & affingere multiplica-tius Proteo natura comparatū eſt. Hactenus eſt qđ affirmare auſim de hoie & externo & alioqn mihi incognito ſentiendū eſſe mihi, ſi qdē vir bo-nus eſſe & exiſtimari velim. Verūenimuero ꝙ in triūuiratu conſtituendę rei Pandectarię honori-ficam mei ratione habuiſti, feciſti tu quidem pro ingenita tibi humanitate: cæterū per me licet vt Zaſius & Alziatus homines peruditi te collegam ſibi ad eam rem perſequendam cooptent, in mu-ſarum vtiq; officinis apprime expolitū. Sæpe eñ literis obſignatis & quę in manus hominū exie-runt, id me munus eiuraſſe teſtatus ſum. Quo fa-cto præcipue meruiſſe mihi videbar vt æquiore iam ac placidiore Zaſio tuo vterer, qui mecū ipſe ſimultatem non obſcurā exercuiſſe in legis Pōpo-nianę cōmētario, a nullo non iudicabitur, qui com-pos ſit intellectus: & eundē tamen ipſum ſiquādo audierit aut viderit multa me ī nouiſſima chalco-graphi editione eradenda curaſſe, quę cōuicioſius mihi dicta q̄ grauius videbantur, bonā vtiq; par-tem offenſionis ſuæ mihi remiſſurū eſſe puto, vt

cæteros quoq; omneis qui vicem hactenus iuris-
peritorum doluerunt ob dignitatem eius discipli-
næ (vt quidem tractata est & tradita a recẽtiori-
bus) quoquo modo imminutam annotationibus
meis. Quin & illud fateri nõ dubitabo pro innata
mihi simplicitate, nullũ esse omnino eorũ queis de
eo opere calculos ponere doctrinę merito licuerit,
qui iniquior me aut iratior eius rei arbiter sit. Cæ-
teri quantũ audio & video, multa me in eo cõmẽ-
tario pręclare congessisse, aliqui etiã digessisse iu-
dicant, nõnullos etiam loquendi genus imitari di-
ctionemq; non pœnituit, a quibus Zasius ipse nõ
alienus mihi visus est. Ecquę autem prærogatiua
præiudicii mei grauior esse potuit in vniuersum
opus, q̃ q̧ & verbo & scripto profiteor contesta-
bunde, opus mihi meum eo nomine displicere, q̧
iuuenili tum feruore incaluisse me postea agnoue-
rim, scribendiq; tyrocinio ferociter elatum & in
transuersum actum? Zasius autem ipse viderit ni-
mio ne fortasse ostentandi ingenii studio, aut alia
quapiam inconsulta cupiditate, ęqui boniq; ratio-
nem quibusdam in locis non habuerit, suæ etiam
grauitatis aut opinionis non satis meminerit. In
vniuersa autem re perpendenda, in antinomiis di-
iudicãdis, in quib9 tãdẽ ipsis grauiorẽ se arbitrũ
mihiq; placabiliorem prębuit, qđ quidẽ ad me at-

tinet, an ipse litem suam fecerit ambitiosule senté-
tiam pronũciando, aliorum erit iudicium: quãdo
quidẽ semel animo offirmaui, nec eius nec cuiusq̃
cõmentariis causa mea rescribere. Nec ob id ipm
Zasius infensiore vnq̃ me aut minus amico vtet,
si mecum ipse olim rem sibi esse velit, qualis inter
homines esse potest tanto locorum interstitio dis
iunctos. Ac ne mihi tu nec opinanti id accidisse
putes, præclare peto mecum actum esse palam di
ctito, q hactenus multorũ scriptis non proscissus
fuerim, & contumeliis enectus, videlicet q sero in
telligere cœperim q̃ luculẽta iniuria genus homi-
num afficere voluisse videar q̃ existimatissimum:
quam tamen & ipsam tot annorum dissimulatio-
ne remissam & abolitam esse sperabam, idq; mihi
sæpe palam gratulatus sum. Alziatum in numerũ
amicorum meorum merito retulisse me puto, vi-
rum non iam eximia doctrina commendabilem
prẹut est eius visenda comitas & facundia. Is, quũ
Auenione transirem, vltro ad me adiit perq̃ offi-
ciose contra q̃ eius præstantiæ & meæ mediocri-
tatis ratio exposcere videbatur. Tametsi ea in re
nihil mihi vitio verti potest, cui de via fesso su-
per cœnam homo vrbanitate præditus anteuer-
tit. Zasio autem scripturus sum propediem si
tabellarium nactus fuero, Is enim ad me scripsit

sed literę interciderunt, anxie a me nequicq̃ per-
quisitæ. Non dubito virum eum esse multis no-
minibus commendabilem, cui tantum testimo-
nium prębendum esse duxeris, præterq̃ ꝙ ipe sui
documentum edidit nõ mediocris industriæ. Nõ
nulli tamẽ eorũ quibus alioquin doctrinã suã ope-
rãq; nauatã probauit, mirari sese aiunt quid causę
esse possit, aut quã ipse causam dicere, quin homo
multarũ rerũ scientia prędítus, & tutor iuris ciui-
lis, eiusq; studii patronus & gnauus & ipiger, mes
sem sibi laudis ex aliena segete arripuerit, præser-
tim quũ latum adhuc cãpum laudis percipiendæ
intactũ reliquissem, occupantis futurũ omniũ cõ-
fessione, tãq̃ pro derelicto habitum. Quem ipsum
adhuc vacuũ quum repetere integrũ sit, Zasio ta
men atq; aliis in eius possessionẽ ituris anteuerte-
re nõ conabor: mihi ipse, quid acturus sit, Zasius
denũciandũ curauit. Vale. Parisiis. XVI. Cal. Aug.

Gulielmus Budęus Ioachimo Va-
diano. S.P.D.

SI cum literis tuis vna quoq; Pomponiũ tuũ ac-
cepissem: his literis ipsis ad ea tibi respõdissem
de quibus tu iudicium meũ rogasti. Verũ quum
post quartũ quintũve diem q̃ literas tuas accepe-
ram: iidem ipsi ad me adolescentes Heluetii rediis
sent: qui mihi epistolam tuã reddiderant: & se ha-

bere idoneum tabellariũ dicerent cui literas ipse darem, matutino sequẽti profecturum, mirari ipsi cœperunt ꝙ dicerem me nõ posse tibi in pręsens morigerari. Excusabam enim nõdum me Melam tuũ vidisse: vt qui necdũ a te mihi delatus, nec in vrbe nostra venalis esset, nec apud quẽq̃ reperiretur a quo vtendum rogare potuissem. Quare illi a me sub vesperam digredientes, ad eum aduolare se dixerunt qui ipsum ad me librũ perferẽdũ mittendũve susceperat: quũ interim vt raptim ad te scriberem in animum induxi, veritus ne tu me in curiæ aũt fastidii insolentis iudicio arcessere ad tribunal Philologiæ posses, si literis tuis non respondissem, aut mecum quoquo modo alteris literis vel iurgari vel expostulare. Siquidem mi Vadiane: iam enim meũ te fecisse videor, ꝙ amicitiã meam hominis a te remotissimi tãti esse putasti, vt in amicorũ meorũ numerũ centuriari te postulares: idq; ipsum ambitiose: velim ita tibi persuadeas, periucundas mihi literas tuas eo noie fuisse: vsqueadeo vt luculento quodã loco & conspicuo nomen tuum in numeris meis ascripturus sim. Et enim hoc libens hilarisq; fecerim, vt Vadiano capite Glareanoq; cõplectendo, de nomine ipso vniuerso Heluetiaco benemerear, quo cum ipso nũc Francia nostra fœdere coniũcta est non nouo sed

vetere:etsi aliquãdiu deterrimi cuiuspiam dæmo-
nis inuidia interrupto. Neq; vero si temporarium
hoc fœdus esse quispiam male ominator aut con
tendat aut suspicari se dictitet, in causam tamen
ego publicam animo tam obnixo incũbere mihi
persuaserim: vt si (qđ ominari nolim) rursus bel-
la exoriãtur, me viuo, inter nostros & Heluetios:
ego quoq; hostem me protinus doctorũ hominũ
profitear, & eis bellum indicam vna cum repub.
Ecquis est autem humanitate hac literaria perim
butus, qui quas amicitias in gente quaq; contra-
xerit doctrinæ cõmercio: quos amicos in externis
prouinciis industria nõ vulgari quasi suffragatri-
ce emeritus sit & adeptus: quam gratiam in lon-
ginquis locis ab existimatissimo quoq; inierit cõ-
mendatione famę nec inani aucupio nec illibera-
liter collectæ, eas ipse amicitias, eam gratiam iis
amicis renunciare non nolit: statim atq; rempub.
gerentibus consiliorũ pacis satietas aut bellicarũ
rerum cupido icesserit? Mihi certe (vt arbitror)
hoc nũq̃ in mentẽ ita venerit vt assentiar: qui nul-
lum vnq̃ operęprecíũ maius aut certe luculentius
optare omnis huiusce meę industrię sustinui, q̃ ha
ctenus mihi obtigit, vt in patria nõ obscuro loco
natus, eo demũ nomine inclaruerim, qđ apud exte
ros iam videtur innotescere fama propemodũ il-

lustri. Mihi vero ipse cum haud ita multū fauere natura comparatus sim, tamen gratulari iā cœpi, ꝙ de meis amoribus & delitiis, idest de literarum studio pertinaci, amari me ac deamari a viris grauissimis externis iuxta, nostratibusq; video. Vale vir doctissime: & perge & a me & ab aliis dissentire cū veritatis indagandę ratio ita tulerit. Hac enim ego lege in meis scriptis vsus sum: quā in me vsurpari ęquissime patiar, modo absit animus inferendę contumelię. Itaq; ꝙ quodā in loco dissensisse te a me significas, potuisti tu quidē ac poteris cū tibi vsu venerit cōmentando, incolumi amicitia ac bona mea gratia, tantisper dum id facies veritatis asserendæ studio, non mihi obtrectādi. Vale rursus. Parisiis. VIII. Cal. Nouembres. M.D.XVIII.

Gulielmus Budęus Petro Bembo patricio Veneto. S.

VT ad te scribere instituerem, homo nec familiaritate tibi, nec necessitudine, nec alio iuris aut amicitię vinculo iunctus, nec alias aut vsu aut oculis cognitus, singularis tuæ humanitatis & doctrinę fama fuit in causa. Christophorus Lōgolius iuuenis nostri ordinis apud bonā partem nostratium hominū gratiosus honoriq; habitus,

quũ recens istinc rediisset, meq; veterem satis ami cũ non inter postremos viseret & salutaret, multa nobis de peregrina eruditione moribusq; Roma- nis adactus narrare percunctantibus, Sadoletũ & Bembũ, Bembũ & Sadoletũ alternis propeverbis in ore habere, ac cõmendare solebat: non a doctri- na modo literarũq; splendore per cũctam Italiam illustri, sed etiam a pbitate morũ in omneis benefi ca. Commemorabat autẽ quid sibi negocii istic fa cessitũ fuisset, in qđ genus controuersię ipse attra ctus esset, & a quib9 obtorto pene collo in iudiciũ raptus, propius vt nihil factũ fuerit q̃ vt inimico- rũ atrocium factiõe opprimeretur homo peregri- nus, in alieno foro stupens, in arena sibi incognita deprehensus, ni vestra ęquitas & humanitas homi ni coitione circũuento suppetias tulisset, & manũ, orationẽ, opem prolixe accõmodasset, lapsantem iã & pene afflictũ subleuasset, in gradũq; reposuis set, exitu rei patronis reoq; ipsi pegrinitatis hono- rifico. Huius officii rationẽ, consiliũ, propositum eiusmodi eẽ nemo nõ itelligit, qui quidẽ itellectus cõpos sit, vt non homini id tribuisse, nõ gratię re- ferendę rationẽ habuisse, non deniq; vestris cõmo dis seruiisse videamini, sed Mineruę (vt ita dicã) & Musis sacrificii genere & pio & honesto litare voluisse. Quęnã enim tandẽ casuum varietas, quæ

reru͂ viciſſitudo exiſtere olim aut propediem tãta poteſt, vt tu re͂ quãpiã deſiderare poſſis, cuius aut ille aut quiſq̃ peregrinoru͂ copiam tibi facturus ſit aut poteſtate͂? Neq; vero tale ſolu͂ germanę id probitatis documentu͂, eiuſde͂q; Romanę, ſed etiã tantu͂ fuit ſi pro dignitate rei ęſtimetur, vt no͂ ad vnu͂ Longolium, ſed etiã ad Budęum, ad omne nomen Gallicu͂, ad omneis deniq; literaru͂ melioru͂ ſtudioſos pertinere videatur. Quo fit vt mea quoq; cauſa omniu͂q; noſtratiu͂ & noſtri ordinis hominu͂, id te cu͂ Sadoleto facinus ſuſcepiſſe debeamus exiſtimare, idq; beneficiu͂ no͂ magis in priuatas tabulas referendum eſſe q̃ in publicas nationis ſtudioſoru͂. ἔῤῥωσο ἀνδρῶν εὐγνωμονέστατε, καὶ σύστησόν με τῇ ψυχῇ σου τῇ ὑπὸ τοῦ φοίβου κατόχῳ. οὐδὲν γὰρ ἂν περὶ πλείονος ποιησαίμην ἔγωγε τῆς ὑπὸ τοιᾶσδε ψυχῆς ἀντιφιλεῖσθαι, ἐπιεικεία τε διαφερούσης καὶ καλλιεπεία εὐδοκιμούσης. ὥστε οὐδ' ἂν ἐρασμιωτάτου παιδὸς πλοῦτον τουτονὶ ἀνταλλαξαίμην τοῦ ἐρῶντα εἴπερ τι πετυχηκὼς εἴην ἐκείνου. Vale rurſus. Pariſiis. XVII. Cal. Septe͂bres. Anno. M.D.XIX.

Gulielmus Budęus Iacobo Sadoleto Epiſcopo. S.

QVam probe & co͂mode natura co͂ſtitutum eſt, vt quę res oi͂m maxime reru͂ paucis amplexabile͂ ſeſe retinendãq; indulget, eadem res ipſa (quã virtute͂ vocamus) nulli no͂ viſendã fere ſeipſam plauſibile͂q; p̃beat, Id adeo re ipſa cognoſcere

nup in laudũ tuarũ enarratione licuit. Christopho rus Longolius homo iã tibi notus & auctoratus, claris hinc ꝓpinquitatib9 fultus, & necessitudini bus ornatus, cũ elegãter & laute vitam hic agere posset, Vrbẽ patrię, vosq; cognatis ꝑtulit, nimirũ Romana humanitate & splẽdore vrbano inuita tus & captus. Quin & comitate & beneficẽtia ve stra ita se lactatũ esse ꝑ se ferebat, vt in mores etiã institutaq; vestra degenerasse, aĩoq; semel a nobis demigrasse videat. Verũ is inter aduẽtitios (vt as solet) festiuosq; amplexus de ingeniis moribusq; ꝑ sentib9 Italię qd cẽseret iterrogat9, quũ in sermo nẽ pleniorẽ ab iis ꝓductus eẽt q rerũ hũanarũ cal lẽtes sunt, & gnari rerũ Italicarũ, ecquidq; ęqui & boni ab externis tulisset, scite qdẽ multa eo ꝑtinẽ tia & expedite cõmẽorabat: vt sermo de vnoquoq; hoĩe & quaq; re nat9 erat. Modicus aũt alioquin ĩ vniuersum atq; ĩ vtrãq; ꝑtẽ in elogiis edẽdis, in Sa doleto, Bẽboq; cõmẽdãdis tã mult9 erat & incita tus: vt admirationẽ vestri & amorẽ in nobis vehe mẽtẽ ĩcitarit, & inflãmarit ipse me adeo, vt eo ĩfe licẽ eẽ putẽ, q familiares quoq; vos & notos de fa cie nõ habeã, aut alia quadã ratiõe mihi iunctos fa miliaris vsus succidanea. Quotus .n. qsq; est hoim q dẽ hũanitatis nõ expertiũ, q ęquitatẽ illã vestrã vir tutis peregrinę ꝓpugnatricẽ, destitutę ac dep̄hẽsę

innocẽtię patronã, nõ amet, nõ osculet͛, nõ amplexet͛: Ego certe natura cũ sim oculis subhebetibus ad lõgissimũ ꝓspectũ, vestrũ illud absolutę hũanitatis specimẽ, haud obscure vt audio editũ, suspicio hic ac demiror: vt qdẽ ille mihi ꝑsuasit, ab oib9 suspiciendũ, q hoiem vnũ incolã, vel etiã peregrino propiorẽ, nullis opib9 fidẽtẽ, nullis necessitudinũ adminiculis subnixũ, nulla nisi doctrinę cõmendatione gratiosum, decuriatis calũniatoribus, cõscriptis delatorib9, summissis cõuiciatorib9 circũuẽtũ, affectũ, perterritũ, auctoritate, suffragatiõe, patrocinio deniq; vestro subleuastis, erexistis, confirmastis, sartũq; & tectũ (vt aiunt) ab omni contumelia, ignominia, dispẽdio ꝑstitistis, bñficio haud dubie ad nomẽ vniuersum Galliæ pertinẽte, porroq; etiã spectãte ad cunctũ ordinẽ literatorũ. Sane quidẽ qđ ad me attinet, causam haud dicturus sum siqñ res ita tulerit, qn huius opę ꝑtẽ egregie a te nauatę atq; ipẽsę Lõgolio, expẽsam nobis ferre possis si velis, q numerũ iter studiosissimos ipsi lrarũ augemus. Tãetsi nõ nescius sum maiorẽ esse doctrinę opinionẽ, altiusq; fastigiũ istud tuũ, meũq; cõtra iferi9 ac submissius, q̃ vt eo tibi vnq̃ descẽdere aut cõmodũ aut libitũ eẽ possit, aut mihi eo me attollere prõptũ & conducibile, vñ tu mecũ ex ęquo & ego tecũ officioꝝ vices vsurpem9 mutuo

paria factitãdo. Sed neq; tã obscur9 animi tui sensus, quũ hoc faceres, eẽ potuit, vt nõ intellectu prõptũ sit vnicuiq;, nõ te bñficii, nõ suffragationis, nõ officii vicissitudinẽ hoc facto, sed virtutis & hũanitatis agnitionẽ ab iis qui doctrinę studiosi sunt aut fautores, sed pclari facinoris cõsciẽtiã spectasse & expectasse, gratũq; fortasse animũ ab eo i quẽ bñficiũ collatũ. Quã tui facti rationẽ eximii & cõmemorãdi, cũ nõ dubie iniuisse te credã, spõdere ego tibi ausim nequaq̃ te opinione falsũ eẽ i sũma rei colligẽda. Vndiq;.n. euẽtus rñdebit iãq; rñdit, nisi me ipe fallo cõiecturã i alios ex aĩo meo faciẽs, & ex verbis, vultu, spiritib9 loquẽtis de te Lõgolii. Hęc vt tibi scriberẽ libido q̃dã me ĩpulit animi sese tibi (ppe dixeri) vẽditare nõ dubitãtis si vera de te audiui, hoiem alioqn haud cupidũ operũ, pli xũq; pollicitatorẽ, aut siqua est i me facultas, gestiẽtẽ ei9 vẽditatorẽ. Verũ cũ te de eo amare magnopere cœpissem, q; libẽs faceres vt bene ab oĩbus audires, latere te nolui hũanitatis illi9 tuę benignitatisq; documẽtũ, hic etiã testatissimũ esse, nec fama sua fraudatũ, cũ antea Sadoleti nomẽ & chirographũ in aula Gallica notũ sit & celebre ob literas Pontificias, Sadoleti noie augustiores iam haberi nostrorũ opinione cœptas. Vale. Parisiis sexto decimo Calend. Septembris.

Gulielmus Budęus Nicolao a Querceto
Prętori Mediolanenſium.S.

SI eo fato natꝰ eſſem Nicolae chariſſime vt ani
mo meo obſequi ſępenumero nullo rerũ mearũ
incõmodo poſſem,ita omnia moderante fortuna,
vt vtilitas & voluptas inuicẽ incurrerent , id mihi
nimirũ fortuna indulſiſſet,vt inoffenſo curſu iniũ
cti mihi nuper muneris in Narbonẽſi prouincia,
Mediolanũ obiter ire liceret, & te mihi cognatiõe
amicitiaq; coniũctum inuiſere, honore iſtic prima
rio ſecunda fama fungentem,pręterq̃ etiã ꝙ alio-
quin iãdiu ſuperare Alpes deſtinaram valetudinis
gratia,quę mihi cura pręcipua ſemper erit. Nihil
enim mihi tantopere cordi eſt q̃ vt naturalem ha-
bitudinem corporis recuperẽ,quã annos iam qua
tuordecim atq; etiã plures amiſi, dũ literarum ma
gis ſtudioſus q̃ lucis cupidus erã.Id autem vię di-
uerticulũ opportune oblatũ,vt libentius amplecte
rer acceſſit,ꝙ te in muneris tui functione inſpice-
re obſeruareq; geſtiebã.Rem & hilariter ſuſceptã
& cõmode iã inſtructã diſturbauit iãiam me viã
inituro noſtræ legationis calamitas non obſcura,
obitus Maximi aulę noſtrę magiſtri,a quo ipſo ve
niã in Italiã diuertendi impetrandã duxeram, cu-
ius mors publice lamẽtabilis,Principi etiã luctuo-
ſa,priuatim comitatui eiꝰ importuna,mihi eo am

plius fortasse calamitosa fuit. nã germano tuo qui tũ mãdato eius aberat, quid dãni tristitięq́ȝ importatura sit, existimo coniectu esse tibi facile. Atqui ita sum eo casu deiectus & cõtractus, ita oẽis mihi hilaritas fronte, oculis, ore, & vultu deniq́ȝ detersa est & excussa: vt iocari nũc ad te scribẽs nequeã nec tecũ cõperendinatã illã controuersiã epistolari prolusione disceptare, interim dũ tu huc redis, aut istuc ego venio, iustã ipsi litis contestationẽ facturi, & corã altercaturi. Sensiq́ȝ quantũ affert impetus lętitia gestiens ad magna itinera haud ęgre peragenda, tantũ afferre molestiæ tediiq́ȝ viatorii ęgritudinẽ animi mœstam ad corpus atq́ȝ animũ fatigatione cõficiendũ. Facilius certe mihi videor illud vię dispendiũ perferre potuisse, vt Auenione transiens, & superatis Ebredunẽsibus alpibus Mediolanũ profectus, indeq́ȝ Lugdunũ reuersus, Magnũ magistrũ assequerer anteq̃ in aulã reuertisset, q̃ id vię qđ feci recta domũ contendẽs, etiam si ad itineris cõpendiũ nauigationẽ adieci, secũdo Ligeri biduũ & dimidiatũ diem delapsus cõtinuis imbribus aucto ad summũ incrementũ. Tibi vero lætiora vt sint oĩa Deũ superosq́ȝ omneis precor, tibiq́ȝ ita defungi clarissima ista liceat ꝓuincia, istinc vt decedẽs patriæ te parẽtiq́ȝ tuę, gẽtilibus, ac cognatis restituas, vt suauẽ & plausibilem tui magi-

ſtratus memoriā iſtic reliquas, & p̄clare integreq; muneris peregre acti cōmēdatione ornat9, ſimul Trāſalpinę diſciplinę cōmercio locupletatus, lares tuos familiareis ꝓpinquoſq; reuiſas, ſpecimē etiā tui patrio aliquo munere fungēdo ꝓpius nobis p̄beas. Duab9.n.his reb9 auctū te magnopere lucu lēterq; redire ſpei noſtrę nō parū refert, quos ingē ti quadā expectatiōe ſuſpēſos ad reditū tuū tenes, haud temeraria de cauſa. Magnū.n.tibi teſtimonium p̄bet ꝓuincialis fama, tāto etiā interſtitio locorum exaudibilis. Minutius Mediolanēſis Senator hō ſumma hūanitate p̄ditus, & bonarū (ni fallor) artiū bona fide ſtudioſus, admodū fauere tibi viſ9 eſt cū iter loquēdū in tui mētionē incidiſſem. Fratris tui aduētus cū hęc ſcriberē in expectatiōe domeſticorū erat. Medulla genere Neapolitanus, Senator Mediolani hoc anno factus, vir literarū bonarū peritia cōmēdabilis, etiā mihi alioqui charus eſt. Hunc ſi tibi iam familiaris quoquo modo factus eſt, verbis meis ſalutabis cum ita tulerit occaſio. Literas vnas accepi tuas quas ſexto Calendas Iunias ſcripſiſti. His videre me ſcribendi viribus cupide ꝓuocare, homo parū (vt arbitror) ſcribendis ep̄lis feriatus: qua in re ne tibi ceſſiſſe officio videar etiā etiāq; videro, ſi tn̄ mihi diuina benignitate id factitare licuerit per incolumitatem ac vitę

tranquillitatem. Tu facito isti tuę vt fortunę famę quoque ita instes, tuam industriã ita vrgeas, eo summa curarum tuarum contentionisque animi incumbat, vt ne secũdis tuis rebus populo non secũdo in patriã remigres. Vale. Parisiis tertio Nonas Iulias.

Gulielmus Budęus Salmonio
Macrino. S.P.D.

ACcepi epistolam tuam cũ fasciculo literarũ, quem mihi Lascaris noster reddendum curauerat, ab Legato Venetorũ (vt opinor) acceptũ. In quo literæ erant ad me hominũ doctissimorũ: inter easque Lõgolii epistola, qui nũc Venetiis agit, bibliothecãque copiosissimã pro arbitratu recésset: id quod si mihi cõtigisset, summi loco beneficii ampli que esse ducerem. Mire delectatus sum Castrensibus tuis iocis: in quibus lectitandis placere mihi fortasse potuissem, nisi nimiũ te submittens, extra nũeros militareis poneres, ac pene dirueres omni ære laudis atque existimationis. Enimuero hic vocem attollere opus est, vbi tute adeo deiiciendum cẽses. Scilicet hoc mihi psuadere sperasti homini veteratori, inter centurias fabrum atque ministeria in castris Palladis esse te aut censeri? quem sciam omni suffragio ordines hic ducẽtium, dignũ esse qui honoratissimo loco principiorum tabernaculũ habeas. Quanquam in hac re iudicii mei fidem magis,

q̃ famę pręrogatiuam ſequor. Quare cũ ob vnam rem aut alteram non deterrime geſtam, dignũ me cenſueris appellatione honorifica inter Anteſignanos & Principes: caue tu inter Triarios (qđ ſcribis) poſthac te ſuccenturies, aut aliũ tibi quæras qui cũ hoc ludo te oblectes. Etenim per Palladem ipſam, cuius numine auſpiciiſq; rem gerimus, iſto tu ioco non vereris ne rei literariæ male ominari videare? qui egregie doctũ hominem eo loci etiã poſt ſubſidia colloces: vbi ſi vnus aut alter manipulus itidem doctorum aggregandũ ſe duxerit: quid cauſę eſt quin res literaria ad Triarios rediiſſe dictitetur? At hoc prouerbiali ſermone literarũ decus atq; auctoritatẽ in ancipiti eſſe ſignificatur: qđ omnino ominari ipſe grauarere ſi quis te percũctaretur. Sin pergis obſtinate ĩter Triarios manere, certius nihil habeto q̃ me tibi ſtatim denũciaturũ contuberniũ. Malim eñ e Principũ manipulis numeriſq; expungi, q̃ tanto interſtitio a te dirimi nec recte nec ordine, cuius commilitio gaudeo. Satis hoc ad iocos. Accipe ad ſeria. De Annotationibus in Pandectas multũ te propẽſius poſthac amabo, qui iam me de iis nõ appellaturũ eſſe ſpondes: qui vtinã cauere etiam poſſes neminẽ eo nomine petiturũ: nam ſæpe hac de re interpellor, qđ mihi moleſtũ eſſe cœpit, ex quo quidem certe

causam esse sensi quãobrẽ inchoatã rem abiicerẽ, iacturãq; laboris non modici facerẽ, potiusq̃ actã rẽ agerẽ (qđ est in Prouerbio) aut mihi negociũ non necessariũ facere ꝑseuerarẽ. Omnino huiuscemodi cõmẽtationibus animũ appellere, adhibereq; cõtentionẽ nequeo, non ꝙ magnopere verear obtrectationẽ quorũdã pertinaciũ (Quãdoquidẽ longe propensior est gratia ab ęquis & bonis, q̃ liuor ab iniquis, isq; nõ ex professo, quãtũ quidẽ viderim) sed aliquos iã videmus huius laudis petitores certatim existere: quibus in suo foro vt cõcedã, ęquũ esse facile mihi cupideq; ꝑsuadeo: pręsertim cũ exercitationis huiusce alius mihi cãpus pateat, in quo animi causa expatiari gestio si ocii fruendi rationẽ cõfirmare cõstituereq; possim. Accedit ꝙ incõmoda corporis cõstitutio cũ ætate ingrauescẽs, sępe mihi stilũ stomachanti e manibus excussit, cũ cõmẽtarios huiuscemodi retractare lõgo interuallo institissem, in quos miscellanea adnotamenta varię ac multiplicis lectionis regesserã nõ pridẽ, ea spe vt prima quaq; occasione exirent, ordine structuraq; per ociũ informati. Id qđ si postulatis amicorũ me dedens, facere nunc mediter, animiq; ad id languẽtis partes ciere & euocare ad munia quãq; sua ꝑtinus obeũda, vereor mediusfidius ne obsequiũ detrectẽt. Qua ratione adactus

ſum Mineruam vt ducē ſequerer, auctoreꝗ; conſti tuēdę Philologię atq; tuēdę, quę longi tēporis vel inertia vel turbulētis rebus meis diſſoluta fuerat. Cuius numinis afflatus, vt ea parte reflaccuit quę ſpectat ad ſcriptiōes refractarias, cōmētationeſq; pugnaces, Martios illas quidē ſpiritus poſcentes, nec minus Bellonę q̃ Palladis inſtinctū: cuiuſmodi mihi cordi fuerūt ętate vegetiore: ita me nūc acuit & promouet ad eā cōtentionē quę placide pacate q; inferueſcit: & vt aduētanti ętati haud dubie cō gruentior eſt, ſic iā me iuuare magis cœpit lectio ac meditatio ad eā philoſophię partē vergēs, quæ rationes fere ſuas ad Spei fanū refert vt in tuto de ponat, ea nō ita multū elaborāda ducens, quę vt p̄ ſentaneā ipſa cauſam habēt, ſic fluxā etiā & cadu cam. Gratū eſt mihi & iucundū q̄ in clientelam tranſieris maximi diſpenſatoris, qui magiſter eſt aulici miniſterii, quaſiq; decurio magiſtrorū. Nul lus eſt.n. qui ſummo actui admoti ſunt a Principe, cui amplius vberiuſq; cupiam: quippe quem noue rim ipſe inter comitatus interioris primores vi ris bonis & doctis bene & prolixe cupere: id qđ experimēto cognoui. cū etiā alioquin a nobis amā dus ſit, optatiſq; beādus, qui Ianum Laſcarem no ſtrum virū literis literatiſq; deuotū, i prima cōmē datione ſemp̄ habēdū eſſe duxerit. Diui approbēt

id q̄d tibi forte fortuna cõtigisse gaudeo. De amo te de Dracone meo, cuius tibi i mẽtẽ venit, is salutẽ tibi p̱ me fœnerato refundit. Vale, & eã i spem feliciter ꝑgredere, ad quã tibi aditũ doctrinę existimatio patefecit. E Marliano nostro Cineraliũ die, quæ sic Hilaria excipiunt, vt mœstitia gaudiũ im modicũ. Saluta mihi Lascarem illum nostrũ, quem spero iterũ cum comitatu huc venturũ ad Resurrectionis Natalem, nisi Rex aliud statuerit.

Gulielmus Budęus Petro Amico
sodali Franciscano.

CVm in vrbẽ negocii causa venissem ex Marliano meo, literas mihi tuas ad se ostendit Frãciscus Deloinus: homo vt tibi amicissimus, sic mihi cõiunctus omnibus prope numeris officii & familiaritatis. In his cũ locũ vnũ legissem quo in loco Budęi meministi, in memoriã statim redii earũ literarũ quas tu ad me pridem scripsisti. Quæ etsi ipsę erant eiuscemodi, vt vicissitudinem magis officii per ociũ postulare, q̃ responsum primo quoq; tempore faciendum viderentur: tamen in religionẽ trahi posse existimaui aut iniuria affectę amicitię, quę inter nos iam olim intercessit, aut neglecti desertiq; officii: ꝙ iis non rescripsissem. q̃q̃ rursus ꝙ postea in hac vrbe coram tecũ verba feci: literarũ id vicem supplesse videatur. Itaq; vt illã scri

bendi moram cessationemq; purgarem, ἀμοιβῇ τινὶ
προσφιλεῖ καὶ τῆς ὑπερημέρῳ mihi faciēdū esse duxi, vt
desitas scribēdi vires inter nos lacesserem, quasiq;
intermortuam amicitię memoriā inter nos exusci
tarem. Magnam autem voluptatem ex literis tuis
accepi, quibus ab ipsis facile intellexi qui sit animi
tui habitus: qđ consilium tuū sit & propositum.
Video & cerno quantopere distrahentibus te cu-
ris & officiis tuę professionis, in diuersumq; tra-
hentibus a literarū bonarū cultu moribus & insti
tutis sodalitatis vestrę: tamē cōtrahas tu teipsum
difficultatiq; oblucteris, quo impensius ad studia
philosophię nitidioris disciplinarumq; probatissi-
marum incumbas. Qua in re æstimanda, genium
lautioris huius Philologiæ ipse sane admiror, nu-
menq; adeo musarum sanctiorū agnosco & vene-
ror: cuius afflatu inseruefactus amor doctrinę ele
gantis simul & solidę, nulla vi restingui potest aut
consopiri. Ipse me adeo plęrūq; percitū diuino illo
instinctu ita sentio & experior, abduci alia vt oble
ctatione nulla possim a Philologię meę complexu,
obseruantiaq; philosophię: quā adhuc ipsam vere-
cunde religioseq; attingo. Nec reperire est (vt opi
nor) queis aliter res cesserit, ex iis quidem certe
qui auspicatius ac beneuolente Minerua in offici-
nam philosophię disciplinarū parentis expoliēdos

ſe dederũt. Verum huius notę ſtudioſorum haud ſcio an rariora ſint exempla q̃ vt multos hoc æuo laudare auctores huius inſtituti poſſimus. Scelerata enim cupiditas ambitionem complexa nefas eſſe non arbitratur Mineruę Muſarũq; virginitatẽ imminuere. Quo fit vt cõmunis prudẽtia qua hominũ multitudo publice priuatimq; ducitur, a philoſophię ſacramento deſciſcens, in partes ſtultitiæ tranſeat ſollicitante cupiditate, vaſtaq; ſit ſolitudo hodie in pręſidiis philoſophię: vt mirum ſit philoſophiã non modo ſcitis popularibus, ſed etiã prudẽtum reſpõſis eiectam e medio & exploſam, adhuc tamẽ ſubſiſtere in hominũ memoria poſſe, nomẽq; ſuũ ſeruare venerandum & auguſtum. In quo perpendere licet animũ aduertẽtibus vim virtutis & honeſtatis: quarũ cõmentatio propria eſt philoſophorum. Nam iſta profeſſio licet pauciſſimos habeat amatores, admirandã tamen ſeſe prębet omnibus: documentaq; ſua probat ſplendore maieſtatis, iis etiã quos meliores non efficit. Quo facile iudicare poſſumus ac debemus, in hac deprauata natura ob primi parentis admiſſum, rationeq; animi principe affectibus ſubacta, igniculos tamen remãſiſſe virtutis veritatiſq; reuerẽtię: tametſi exiliores, q̃ vt per ſe ipſi exuſcitari flagrareq; amore iuſtitię poſſint: niſi aut philoſophiæ

hortamentis, aut diuino afflatu spirituq; superne cieantur. Ob id ætates priscę ingeniorum fœcundissimę philosophiam magno longoq; nixu pepe- rere, parentem ipsam futuram honestarum disciplinarum, vitęq; humanioris, idest propius accedentis ad ingeniũ primi parentis nõdũ labefactatũ. Sed (vt sunt humana fere in deterius prona) eousq; tandem vaniloquentię ventum est, vt officinas quidam eorum (viri alioqui summi) instituerint: in quibus ita perpoliri posse animos moresq; confidebant, vt vi nec humanę nec maiori cederet virtus humana. At inane id Mangoniũ, vanitateq; professionis fuisse: non naturę deprauatæ instaurationem: mores ea via philosophantiũ documento mox fuerunt: quorum vitio philosophię nomen euasit in ludibriũ. Quibus autem philosophis sapiẽtię Christi auditoribus esse contigit, sacramentorũq; compotibus: ii demũ philosophiæ germanę atq; insontis sacra cerimoniasq; interp̄tati sunt scite & enucleate: qua vna magistra & p̄eunte rationis iustitięq; diuerticula constitui possunt in viamq; reduci, ratio oblęsa corruptaq; sarciri, mensq; errore sęculi circũuenta in integrum restitui. Qui igitur in verba sanctę hui9 magistrę ducisq; vitę adacti, e statiuis eius se subducũt aut proripiũt: vt in ordines ipsi numerosq; eorũ cen-

turientur qui stipendia faciunt auspiciis fortunę: quid aliud ipsi q̄ exilium sibi consciscunt ab honestatis beatęq; disciplinę contubernio: & a trāquillitate vitæ diuersorioq; veritatis? Ac mihi quidē nostram hanc vitæ conditionem consideranti, vndiq; sane infestā atq; profanam, videris ipse velut emeritis stipēdiis voluptatis, cupiditatis, ambitionis, angoris, quibus quasi ob noxam primigeniā dedita est vita cōmunis, ad sortem aliam te contulisse liberiorem, munitiorem, & procul a tumultu securam, nosq; hic in æstu curarū, in affectuū carnificina, in trepidatione deniq;, conflictationeq; reliquisse. Q2 si mihi optare genus vitæ diuina daretur benignitate, nihil prę̄stabilius esse duxissem aut mihi magis optādū, q̄ vt curis his domesticis vacuus, sensibusq; (vt ita dicā) omnibus captus: qđ quidem ad res externas & aduentitias pertinet, quodāmodoq; torpens ad cōmoda iuxta atq; incōmoda corporis & fortunæ: ipse animi feriati munia, officia, vires contrahere in obsequiū philosophię & addicere possem, in veritatisq; cōtēplatione ac rerum æternarū expectatione spiritum effundere. Ad quod ipsum fastigium vitæ quū vestrum institutum professionis ingentē vobis gradū fecerit (eo ipsum liberius & remotius ab imperiosa grauiq; tyrānide cęcorū affectuū rationē

opprimentium, quo affectuū ipsorum materiam argumentūq; simplicius a vobismet ipsi amandastis:) luculēto vtiq; interuallo nobis anteuertistis ad eandē animi tranquillitatē anxietatūq; metam cursum contēdētibus. Hoc cū vobis cōmune sit, qui posthabita gentiliū cognatorūq; charitate, calcata contentione quęrendę, amplificandę, componēdę fluxarū rerū possessionis, ab egestate cognomentū affectauistis: quā reliqua pars hominū cupiditati seruiens, imprecatur inter diras: tu in tanto tāq; illustri sodalitio pręcipuū vnū habes, quasi q; ad eam viam quā ingredimini amplū quoddā viaticum large suppeditaturū: vt qui vtriusq; linguæ copiis & apparatu vti facile possis & libere ad cultum atq; obseruantiā philosophiæ: quæ cōmētatio mortis est: vnde rediuiuam vitam vobis nobisq; promittūt oracula fidei exploratę, ac pro comperta habitę. Mihi vero quo minus vergente iam vita atq; etiā impulsa ab aduersa valetudine, ociose pleneq; fruar iis bonis quę mea sunt (si qd tamen nostrum ac non precariū habemus) certe quibus in ipsis fortuna manus iniectionem nō habet, vehemēter nūc obstat familia adaucta earum rerum procuratio, quę nihil ad eam rem pertinēt quæ mihi cordi est in primis. q̄q̄ tuendę œconomię fines contraho q̄ fieri potest angustissime, vt

vberiorẽ partẽ animi contentionis impẽdã Philo logiæ:cuius ſemper antiquiſſimã curã habui.Pro- inde μακαρίζω σε φίλτατέ μοι τῶν σπουδαίων, πρῶτον μὲν, τῆς εὐσεβείας ἧς ἔφθης ἐπιτηδεύσας, καὶ διατελεῖς ἀν- τεχόμενος. ἔπειτα δὲ καὶ τῆς γε τῆς φιλοσοφίας τῆς τε ἐγκατα- σκευῆς, καὶ τὰ ὑπὸ τῶν λατίνων δὴ καὶ ἑλλήνων σεμνολογού- μενα συνεσκευασμένης. ἣν δὴ σὺ μόνος, ὡς οἶμαι, ἐν ταύ- τῃ τῇ ἑταιρείᾳ ἀσπάζῃ τε καὶ καταφιλεῖς. αὕτη γάρ τοι ἡ ἐμπειρία, τῶν πιθανῶν τούτων λόγων καὶ καλῶν, τὸ σεμνὸν δήπου τῆς φιλοσοφίας τῆς ὀρθῆς καλλωπίζουσα, πρός γε ἐπιφανῆ σε ποιεῖν καὶ ἐξαίρετον ἐν τοῖς πολλοῖς (εἰ δή τι σοὶ τούτων μέλει) ἔτι καὶ σε διὰ πολλῶν ἂν τῶν ἐνοχλούντων ψυχαγωγεῖ, τῶν τε ἐπίπαν, καὶ τῶν περὶ τὸ ἐπιτήδευμα, τὸ ἡμέτερον. Vale.Pariſiis quarto Idus Febr.Hęc ad te ſcripſi in vicum meum rediturus vbi hyberna æſtiuaq; huius anni ſtudiis meis con ſtitui procul vrbis ſtrepitu.

Gulielmus Budęus Adolpho Roboreo.S.P.D.

HIlaribus epiſtolam tuam accepi ad veſpe- ram cum libo ſtrenario intrita Agrippinẽſi aromaticaq; cõfecto. Quod opportunius mihi ſa ne redditum eſt, q̃ ſi Calendis Ianuariis accepiſ- ſem:quo die ſcilicet tu ſtrenam mihi cum epiſtola deſtinaueras.Siquidem qui dies ſequenti nocti il- luxit, primus is fuit ineuntis ieiunii quadragena-

rii,quod velut decumanum tempus ecclesia Ser-
uatori nostro sacrauit & dicauit. At eo tempore
esitari solere huiuscemodi bellaria ex literis tuis
noui: & mihi consentanea tempori esse visa sunt.
Id ego libum ominis gratia sanciendęq; inter nos
amicitię libatum, statim inter eximios amicos par
titus sum, qui lautis ipsi sæpe muneribus imper-
tire me solent: quo latius scilicet humanitatis tuæ
officium pateret, cum alioquin ipse cibis aromate
conditis non nisi parce vescar, ꝙ experimen-
to longo ea comperi grauedinem mihi ciere. Ve-
lim autem ita existimes, tanta me animi grati sua-
uitate perfusum ob illud munus tuum fuisse, mihi
vt magnopere in eo gratulatus sim. Et muneris
gratiam nō dico auxit & adornauit, sed pene obs-
curauit & imminuit literarum tuarum comitas,
in memoriam me reducens humanitatis tuę, sin-
gularisq; facilitatis atq; exosculandæ, quam in te
animaduerti cum ad me visendum adiisses anno
superiore hominem tibi ignotum. Qui etiam vl-
tro beneficiiq; loco poposcisti laborem describen-
di libelli quem ad Erasmum Roterodamum mis-
surus eram, quo me ea cura leuares: quū alioquin
etiam in aditus, congressus, colloquii ratione, illu-
strem quandam & eminentem in ore, in verbis,
in oculis, omniq; in corporis affectione probita-

tis notam præferens. Obsecro te mi Adolphe, ecquid in me aut in meis scriptis vidisti & æstimasti dignum ea obseruantia quam tu mihi vel absenti exhibes? præsertim cum nec opera mea vsurus sis, nec plumeo ramento rationes tuas aucturus aut adiuturus ob meam amicitiam? Equidem nihil te eiuscemodi vidisse scio, nisi si errore lapsus es. Quare istius voluntatis tuę cōciliationem tam propensam, nec ingenio meo, nec industrię, nec officio acceptam vnq̄ referam: sed ingenii tui candori: quo si tu ipso in patria quoq; sæpe vteris (vt omnino facere te opinor) necesse est apud omneis ordines istic esse te charissimum. Vale. & existimato non admodum a proposito te aberrasse, cum animi tui beneuolentiam effundēdam in me cēsuisti: vt quidem in hominem externum. In villa nostra decimoquarto ab vrbe lapide, octauo Calend. Martias.

Gulielmus Budęus Claudio Cantiunculę. S.

EPistolium tuum tertio Calendas Februarias scriptū accepi circiter dimidiatum mensem Martium. Prętęrea nihil a te literarū accepisse memini post illud epistolium qđ obiter ad te scripsi equo iam admisso, cum per vrbem nostrā iter facerem, eo tēpore exinanitā fuga hominū propter

pestem in villas secedentium. Corradum tuũ nec vidi, nec literas tuas habui: id quod te magnopere conturbare non debet. Nam diu iam hoc in vico domicilium potius & magis frequens habeo q̃ in vrbe, etiamsi vtrobiq; domũ habeo, nec in vrbem nisi inuitus cõmeo & negociorũ causa. Quę tamẽ domi meę literę ibi redduntur, ad me non longo interuallo mittũtur ab iis quos ibi collocaui. Hoc modo quotidie literas accipio ab amicis exteris iuxta & municipibus meis. Tu velim tibi persuadeas Claudi mihi charissime: siue Corradum, siue alium mihi commendes, libentẽ me facturũ (idq; tuo merito, qui vltro me ad amicitiã singulari humanitate prouocasti) vt homines a te mihi commendati, intelligant te mihi charum esse: meq; ita esse animatũ, vt bene & accurate mereri de te cupiã, ne tibi cessisse in hac vicissitudine videar exhibendę humanitatis & beneuolentię cũ res ita tulerit. Reliquos in Pandectas Commentarios nec edidi nec editurus sum, nisi alia mihi opinio sedere in pręcordiis cœperit. Quare vanus iste rumor aureis vestras pepulit. Volo enim iis gratificari q mihi hoc laudis argumentum subducere gestiunt quos etiã ipsos si integrum adhuc esset, facile ipse paterer id mihi pręripere q̃d subducere instituerunt. Laudis enim mediocris iacturam cũ laboris

ingentis compendio haud ægre compensassem. Vale vir amicissime. In Marliano nostro quinto Calendas Aprileis.

Gulielmus Budęus Petro Bembo.

AD me plurimũ amãdum (id quod antea euenisse tibi dicis) quibusnam philtris impulsus sis coniicere ipse nequeo, qui in meis scriptis quibus solis innotescere tibi potui (vt opinor) Venerem nullam agnosco, quæ hominem te mihi eximię elegantiæ, ingenii solidi, selectæ doctrinæ, gratiæ exuberantis conciliare potuerit, quum hęc omnia amoris honesti lenocinia parũ meis in scriptis mea etiam sentẽtia eluceãt. Quare si vltro me amasti, aut erroris id fuit, aut ingenitę tibi charitatis in homines propensę earum literarũ studiosos quibus tu inclaruisti. Sic mores in Longolio dotesq; animi eximias admiratus: vltro tute illi beneuolentiã opitulationẽq; tuã detulisti, ac reo peregrinitatis etiã studiũ atq; patrociniũ. In quo facinore suscipiẽdo ac tuẽdo coniũctã opportune nactus es volũtatem Iacobi Sadoleti grauissimi tui collegę, viri nõ modo antistitis sed etiã præstãtis, omnibusq; ornamẽtis ciuilis vitę & elegãtis vberrime prędití: qui cũ ipso tenacibus glutinis cõcordię, validis ac multis retinaculis amicitię iuratissimę compactęq; beneuolẽtię, quũ deuinctũ esse te

ex literis tuis aliasq; intellexerim: nullũ tamen ius inter vos propẽsius intercedere vberiusq; ad amicitiam tuendã existimo (id quod tu in illa tua eleganti nomenculatura causarũ coniũctionis vestrę prętermisisti) q̃ incredibilem quãdam indiscretã q; similitudinem humanitatis, comitatis, probitatis, eruditionisq; rectæ & iustæ ad amussim priscã exactæ, lepore exosculando conditæ ac iucundæ. His animorum insignibus, quasi quibusdam illecebris honestatis philtrisq; adeo philocaliæ si captum esse me dicam, vestriq; amore flagrantem, quid causæ est tandem quin fidem mihi protinus accommodare vos debeatis? cum ad consciẽtiam veritatis accedat iudicii vestri candor, qui ex quibusdam ipse quidem documentis quæ exierunt ex officina nostra, persuadere vobis potuit honestatem me & probitatem, inter numina mortalia magnopere colere atq; religiose. Non pridem vero existimabam & dictitabam Longolium iam tuum beneuolente eo Ioue natum esse quem Gręci Philium vocant & Hæterium, vt cui tantarum amicitiarum opibus auctum esse contigisset, præsidiisq; firmatum & subsidiis. Nunc ex iis quæ ad me ipse scripsit, intellexi non minus eum Xenio Ioui curæ esse. Quippe qui in vrbe illustrissima hospitium regium inuenerit (vt ipse

commemorat) non quæsitum sed oblatum, di-
gnũ mediusfidius, ĩ quod cũ Veneris pellice altera
Vulcani cõiuge, Fors fortuna diuersetur, omniaq;
fata hilaria benignaq; immigrẽt. Q; te in ęre meo
esse dicis, habeo gratiam q̃ maximã, & accipio qđ
das: a teq; libens cõtẽderim, vt me meaq; pignora
pro Antidoro offerre tibi liceat. Qđ si mihi iã in
dulges (video enim facilitatem tuã) statue quo in
numero non vltimo ἐμέ τε καὶ τἀμὰ φίλτατα esse
velis: quando te ego collegãq; tuum in calendario
meo ἐν τοῖς τιμιωτάτοις ἐμοί τε καὶ τοῖς παισὶν ἔταξα.
Vale. E Marliano vico nostro sexto Calendas Mar
tias. anno. M.D.XX. more vestro, non nostro Cis-
alpino, qui ãnos auspicamur a natali Resurrectio
nis nobis oraculis promissę.

Gulielmus Budęus Iacobo Sadoleto salu.
plu. dicit.

ITa me affecit epistolę tuæ lectio Antistes gra-
uissime, quã ad decimũ Calendas Martias acce
pi, statuere vix vt possim, suauitate ne maiore per
fusus an admiratiõe fuerim: suauitate in cursu ora
tionis purę, emendatę, nitentis ac disertę: admira-
tione ob eximiam probitatẽ, animiq; candorem,
comitate ipsa quidẽ graui condita & iucũda: cum
interim animaduerterẽ excellentissima ista digna
tionis tuæ personęq; ornamenta, sua quadã deco-

raq; vrbanitate locupletata esse & expolita, quam honestissimę institutionis ingenuęq; educationis alūnam esse facile est iudicare. Facereq; non potui quin Longolii olim nostri, nunc vestri consiliū ipse tandem probarē, quod is corā, mihi probare non potuit: nūcq; demū animū ei9 intelligo: nexum ita fuisse atq; obstrictū vsu & admiratione humanitatis vestrę (tua scilicet atq; collegæ tui Petri Bembi, q te vnus (vt arbitror) iisdē virtutib9 ęquat) adduci vt nequiuerit nec propinquorū, nec amicorū precibus, nedū nostris monitis, aut paucorꝝ auctoritate qui de eo mereri pręclare cupiebāt, quo minus vadimoniū id obiret quo benignitas Pontificia eū vadata erat. Me vero cū eo miserū esse censeam, q; exiliore ipse quidē animi dote præditus, amore flagrās non minus, ad literarū bonarū studiū me cōtulissem cū omnibus fortunis, quo ipso animus vtiq; humanus tanq̄ coniugio quodā cum Philologia iūgitur: insuper nec in tantā, tāq; pronā facilitatē inciderim peragendi curriculi studiorū, nec in homines incurrerim qui ardenteis mihi spiritus alerent aut opitulatione aut cohortatiōe. Sūq; eorū, vt video, similis: quibus cū ipsis stipendia iā multa peracta ac prope emerita sunt, rei militaris disciplinā videre sub missionis tempus contigit constitutam cōmode & indulgenter. Tāetsi

inter exauctorandos ipse nūc potius q̄ inter vete-
ranos censear aut missionē flagitāteis: valetudine
vtiq; causarius & curis œconomicis, non etiā ani-
mi lāguore atq; remissione. At Longolius felix, cui
omnia obtigere ꝓcliuiora, apparatiora, instructio
ra, cū eo vt animi quoq; alacritatē naturæ benigni
tate subnixiorem, vegetaret conuictus hominum
huius instituti Principū: mihi adeo vt nō tā tędiū
laboris ille sentire, q̄ plausus spem & palmę fouere
videatur. Id quod a me animaduersum & perpen-
sum, efficit vt altius opinione nostra consiliū eius
fuisse in posterum defensurus sim aduersus eorū
peruicacem opinionē: qui cū multa ipsi causa eius
amplaq; & vellent & cuperent, ęgre tulerūt homi-
nis fastidium (sic enim interpretātur) domesticis
ac patriis necessitudinibus externas peregreq; cō
tractas amicitias anteponentis. In cuius hominis
ornamētis si fati benignitas ea perferat: quę frons
& auspicatus efflorescentis ipsius opinionis præ-
fert, nimirum vestra amborū in eo elucescet existi
matio & claritas integritatis, probitate illa quidē
humanitate, comitate, fide, omnibusq; virtutibus
elegantioris vitę apta atq; conserta: quibus incre-
mentorū istic suorum patrocinium ac pręsidium
acceptū se referre ipse testificari solet. Atqui si quis
q̄ est hominū doctrina præstantiū atq; auctorita-

te, cui obstrictū maxime fateri se & profiteri animi generosi quempiam pudere non debeat, profecto tu is mihi esse videre e longinquo ęstimanti, aut tui similis alter eodem luto factus, beneficii nō exprobrator: cuiusmodi te esse ex literis tuis agnosco. Cum etiam in collega ac Theseo (vt ita dicā) tuo, eadem lineamenta oris probi animiq; peringenui, honestatis amore suffusi, imaginer ipse mecū: cuius spectrū in literis tuis asseruo: quem ideo dignum esse censeo qui in eūdem tecū aut parē gradum laudis adoptetur. Tu velim existimes animo me q̄ gratissimo accepisse beneuolētiam tuā, quā mihi expetenti haud grauate despondisti pronuba epistola ęmula priscę doctrinæ. Cui si parē hāc cisalpinā ac ieiunā nostram facultatem dicēdi, nec perinde ductilem orationem, esse posse sperassem conarer ipse quoq; huius animorum coniūctionis ac fœderis formulam concipere, in ęquum & decorum modum amicitiæ studiosę ac philosophiæ cupidis congruentis: quæ nos ipsa tanto interstitio sortis locorumq; diremptos, haud secus ac ciues eiusdemq; ordinis homines consociare posset. Vale vir ornatissime. e Marliano vico nostro ad quartūdecimū ab vrbe nostra lapidem. Sexto Calendas Martias. anno. M. D. vndeuicesimo, aut etiā vicesimo more vestro.

Gulielmus Budęus Christophoro Longolio. S.

HIllaribus ad vesperã literas tuas accepi cũ Iacobi Sadoleti literis ac Petri Bembi, hominibus tibi amicissimis vt eorũ testãtur elogia. Hominẽ vero te felicem, ac beneuolentibus Gratiis literarũ istarũ studium auspicatũ: cui in vrbe incolę id contigerit: qđ ciuibus in suis oppidis vsu venire non sæpe solet, tantorũ vt virorũ ad vnguem absolutorũ amorem, suffragationem, patrociniũ, tam propensa emererere. Ita autẽ mihi propitiam detur esse Mineruã: vt causam hanc vnã satis esse credo, quãobrem domo sese extorrem homo literarũ cupientissimus faciat: cõsuetudine vt vti possit, officiorũq; vicissitudine huiuscemodi virorum rei literarię principũ. Tametsi doctrinę & eloquẽtię splendorẽ, humanitatis, comitatis, ac modestię peringenuę dignitas & species obscurat ac pręradiat, in vtriusq; literis elucens mirifice. Ipse dũ in aula versabar, eorũ nomen celebrari magnopere, intellexi Principis etiã opinione: Põtificisq; epistolam vnã vidi a Sadoleto subscriptã, in qua stilum admiratus sum ad decorũ attemperatum grauitatis ac dignationis Põtificię: purũ atq; latinum. At nunc in ea epistola quã ad me scripsit, in qua suus ipse totus est Sadoletus, Tullianã phrãsin animaduerti, parũ hac ętate vsitatã, characteris prisci nõ

adulteratiq; exemplum.Certe ad vtrũq; religiosius posthac atq; etiã cunctantius consultiusq; scribã, qui mihi eruditionis suæ documentum luculentũ paruo specimine dederũt, scilicet (q̄d aiunt) leonẽ ab vnguibus. Ad quos tu ipsos (si diis placet) viã iãiã initurus, equũq; prope admissurus, epistolas me expedire, ac velut e penu literaria atq; etiã prõptuario quodã facundiæ promere censuisti, & tãdem extudisti: cũ etiã tum ipse sarcinas componerẽ tumultuarie in villã migraturus. Prædiceres igitur vt lectissimum quodq; bellissimũq; huiusce modi viris apponerem accurate & religiose. Id q̄d cum non feceris (vt satis meministi) illud saltẽ mihi cauere ab ipsis non grauabere, quibus tu adeo cõmendatus es, ne fraudi sit nobis viros eloquentię primores lacessisse, cum auctoritati tuę tribuere me id volueris, periculũq; receperis, nec ipse negare tibi amicitię munus sustinuerim. Id tu si bona fide mihi accuraueris, Suppręfectum Ruzęũ placatiorem tibi ipsa placabilitate pręstabo epistola priuatim elaborata, aut mihi infensum reddam, litemq; meam vestrę controuersiæ faciam. Iam de te hominem corã non semel aggressus sum, inopinatoq; adortus, sed in vrbem non nisi negocii causa vẽtito: & hac hyeme morbo mihi insusto, quem iam annũ hunc quartũdecimũ circũfero, nec excu

tio, conflictatus sum grauiter, & ad inertem vsq; animi deiectionem. Quare solitudinẽ captare insti tui, quãtum per officia vitę iniunctę licebit, & rei œconomicę ꝓcurationẽ, quã detrectare nequeo. Quod de Annotationibus scribis frustra est, & io cari te suspicor, q satis nosti (vt opinor) quid mi hi sit ea de re animi. Iam id mihi nomen expunctũ satis esse confido Alziati fide, qui expromissorem se obtulit vltro ille quidẽ & obstrinxit me tacente, quo scilicet fidẽ meã solueret. Is cum sit longe me locupletior, prę sertim in ęre suo, aut etiam in suo meoq; simul (neq; enim plane facultates eius nosse licet ex eo genere qđ in manu mihi fuit) cautũ sa ne mihi pulchre esse autumo neminem eo nomine postea petiturũ: eoꝝ quidem certe qui animaduer terint non modo felicẽ eum fuisse in contrectãdis Pandectis Florentinis, & penes se habitis: sed etiã qui industriã eius & solertiã in farciẽdis locis bo na fide ęstimarint. Nã populo cautũ est egregie ꝑ dibus ac ꝑdiis, vt dicitur. Prędes appello paradoxa & dispũctiones, & alia quę ille velut cõductor ac re demptor sartorũ ac tectorũ iuris tuendorũ edidit. Hanc ipse redempturam operis cum vicerit, nihil vtiq; iã ad me pertinet eiusce rei cuius ipe mãceps factus est omnibus (vt opinor) approbãtibus, dũ taxat qui digni sunt & idonei quorũ nomina sint

in albo.Itaq; hanc tibi atq; omnibus renũcio polli-
citationẽ quã feceram.Digitum ille sustulit,& con
ducẽti cessisse me testatus sum. Quid est igitur iã
qđ hac de re me appelles? Abunde est mihi si bona
fide mecũ egerit,de iis quidem certe quę a me in-
choata vtcũq; erant,si tamẽ illa quadrare possunt
operi ab eo instituto:id qđ mihi videtur ipe existi
masse. Qz si quibus in locis in speciem opus ipse
ex rediuiuo,quasi nouum extruxit:bona fides hoc
poscit:vt mea rediuiua sint. In his igitur vtrum fi
dẽ ipse bonã agnouerit,secũ ipse aut cũ amicis sta
tuat,ego rem deducere in iudicium hominum nõ
statui.Librũ eius dispũctionũ legi lectione tumul-
tuaria & interrupta:cum nuper in vrbe essem ob
negocium accitus. Multa præclare ab eo animad-
uersa & constituta restitutaq; mihi visa sunt : idq;
ipse affirmaui inter homines qui non satis mentẽ
eius sententiãq; capiebant,& ille nõnulla acrius ac
felicius deprehendit q̃ explicauit ad captum pluri
morũ.Librum cum venalem diu non inuenissem,
vtendũ ab amico ad paucos dies atq; etiam horas
rogaui.Est tamẽ locus vnus in quem incidi lectio-
ne subsultante . Neq; enim seriem ducere vacabat
in chartarum euolutione.Locus est(vt meminisse
videor)in titulo, Si certũ petatur. libro duodeci-
mo Pandectarũ. Quo in loco cum quindecim mu

tua vulgo legatur: ipse quindecies sestertiũ legẽdũ affirmans, ait me (vt verũ est) hanc locutionẽ, centies centena millia sestertiũ esse interpretatũ, & seq; mecũ sentire. Sed ea ab antiqua lectione argumenta in libro meo collegisse: quæ sicui calũniari collibuisset, dissolui facile atq; refelli possent: me scilicet ille quidem aut inscitię pudendę nota, aut certe negligentię aspergens, aut inuẽti auctoritatem eleuans. Et ipse tamen locum vnũ Liuii citans, quẽ non memini, ait se firmissimã colũnam operi meo subiecisse, quæ me hominem (vt ipse inquit) q̄libet oculatũ fugerat. Quo fit si homini docto credimus, vt inuenta illa mea de Asse & rei nũmariæ ratione constituenda: quæ ego magno labore atq; animaduersione nõ oscitante in eũ operis titulum haud ipsum paradoxum, construxisse gloriabar interdũ, & nunc etiã dicere non vereor, leui momento ruitura, & primo quoq; impulsu collapsura fuerint, nisi colũnam illam adamantinã operi meo homo sane doctus & igeniosus obiter affirmauisset. Me miserum si ita est, nec venia certe dignum, nec misericordia, qui tantã operis fiduciam prę me toto in opere tulerim: q̄d tibicinibus multis atq; impeditis tã leuiter fultũ sit, vt vnica columnella ab Alziato aut alio forte reperta omnibusq; obuia, instar eius fulturę non modo pręstare, sed etiam lu-

culenter superare videatur. Vnde fit vt argumentosi mihi operis laus suscepti quasiq; inchoati, Alziato probati perfectiq; debeatur: quippe qui rei cõpertę argumenta tm̃ adumbrauerim, cũ ille veritatis demõstrationẽ postea expresserit, nutantẽ rei opinionem confirmarit, operi columen addiderit, deniq; (vt dicitur) Colophonẽ cõmentationi imposuerit, cũ interim ineptus ego tanto errore ducerer, vt decẽ plureisq; huiuscemodi columnas nec deterioris marmoris, nõnullas etiã eiusdẽ statuisse ac confirmasse operi iam solido existimarẽ nec labefactabiles. Quas omneis sane vereor vt ipsi Alziato satis ociose percensere arbitrariq; vacauerit, oculis quidẽ propriis nõ vicariis. Nã primũ vix ei licuit id facere rebus in grauioribus occupato, vt ex iis quę scripsit, coniectu prõptũ esse videtur: multiplici eñ multaq; lectione videmus & accurata eum occupatũ fuisse. At libri de Asse plena iustaq; lectio atq; animaduersio acrẽ & multam intẽtionem poscit. Deinde in superiore loco explicãdo, in quo operis ipse particulã architectonico oculo mensus est, diligentiã suã animaduersionẽq; nec mihi vnq̃ probauerit, nec tibi vt opinor. Sacramento eñ iusto contendere cũ eo non dubitarim, iudicẽq; ipsi ex numero acriũ hominũ & peritorũ ferre, ni ille eo ipso in loco quo me mo

deſte quidẽ & docte, ſed tamen vtcũq; taxauit, & in trãſitu perſtrinxit, tota Decempeda lapſus ſit: luculento etiã errore decumanoq; (q̃d dicitur) prouectus in loco Pandectarũ reſtituẽdo: quãtũq; centenarius a millenario diſtat, tãtũ ipſe abfuerit Alziatus a veritatis inueſtigatione: homo alioqn egregie doctus, ſtiliq; facultate & intelligẽtia rerũ prȩditus, dignuſq; mea ſentẽtia, quã hic conſigna tam volui, cui publico conſenſu emendatio Pandectarũ, eiuſq; diſciplinæ cõſtitutio mandetur, & in integrũ reſtitutio vt quidẽ fieri poteſt: vſqueadeo doctrinã mihi induſtriãq; probauit: nõ etiam magnopere æquitatẽ in pauculis locis a me ante aní maduerſis & explicatis. Hominẽ Auenione vidi eximia ſane comitate gratioſum & amãdũ, quãtũ iudicare licuit ex cõgreſſu breuiſſimo. Ad me eñ adiit officioſe ſtatim atq; in vrbẽ veni, cõtraq; decuit omnino, niſi mihi ipe anteuertiſſet exhibitiõe officii ſup cœnã fabulanti cũ homine mihi noto, nec ſatis tũ valẽti: & poſtridie matutino pficiſcẽdũ mihi fuit. Obiter eñ illuc veneram digreſſus a comitatu. Neq; vero exiſtimo eũ cupiditate maleuola puectũ incidiſſe in mei mẽtionẽ (poterat.n. ſi hoc quȩſiuiſſet, Annotationũ loca nõ pauca (vt opinor) ad rephẽſionẽ arripere ſpecioſius:) ſed cũ in Liuii auctoritatẽ incidiſſet a me intactã: &

laudē eā maiorē noīe & Franci hoīs & Budęi esse
duceret, huius quoq; partē vēdicare in transcursu
voluisse. Vsqueadeo rara sunt exēpla cādoris atq;
ęquitatis inter hoīes glorię amātissimos, paucosq;
reperias innocēteis & integros in aliena laude cō-
trectāda. Hęc ratio cū alioqui ipse aīo fatiscerē &
lāguerē, me īpulit vt his atq; huiuscemodi scriptis
supsedere statuerē, q̄ sine Herculis vxore (vt ita
dicā) tueri ipsa sese nequeūt. Mihi iā excessit ætas
ab ista cōcertādi cōtētione: sine qua iacere multis
videt̃ scriptoꝝ opinio, operūq; elucubratorū indi-
catura. In alio vero genere nauare operam malim
(nisi mihi humanit9 ante qd acciderit) in quo to
tus ipse meus sim: & cū plenius aīo meo vberiusq;
obsequar, tū etiā minus metuā ab oculis fascināti
bus. nō q̄ iaudito priuilegio sacrosanctā existima
tionē libroꝝ meoꝝ esse postulē: (neq;.n. tā aut he
bes aut insolēs sum:) sed septū me magis puto fo
re, si ab inuidiosis argumētis stilū abstinuero. Pro
inde libera fidē meā si potes vtcūq; se tibi occasio
obtulerit, quā temere obstrinxi nō satis explorata
magnitudine rei, perpēsisq; facultatibus meis. Sin
pergis ipse quoq; ꝑ more tuo appellare me durius
cule, quid ni possim si velim summouere te longi
tēporis ꝓscriptione? Qūq̄ qs tibi alioquin actionē
daturus est aduersus hominē q̄ solū vertit, ac foro

iam vrbeq; cessit. Vidisti.n.me ruris incolã cũ cœ
nobiarcha Aspromontano, qui vt valeat ipse etiã
atq; etiã opto: vn⁹ sane optimę notę iuuenũ quos
hęc edidit ętas ad honestatis doctrinęq; p̃sidiũ, cu
iusmodi hoies singularis quędã sors geniturę tibi
cõciliare solet. Scribam (vt opinor) Sadoleto &
Bembo viris ad vnguẽ consumatis & perpolitis,
quorũ tantã istã beneuolentiã prope est vt tibi in-
uideã. Vale, & accingere primo quoq; tẽpore ad
eã cõtentionẽ, vt nomẽ tuũ Gallicũq; illustres: nec
sinas me iã quinquagenario maiusculũ, in ea expe
ctatione tui cõsenescere, in qua hactenus acqeui.
Beasses me de ista bibliotheca Alexãdrinę ęmula:
nisi semifracto aĩo essem ob hãc flagitiosam vale-
tudinẽ, q̃ multas ęquat ærumnas. Nã de hospitio
beatus mihi videre: propter q̃d vel vadimoniũ de
seri ad tribunal Cassiani iudicis possit, vt fuit in
Prouerbio. E Marliano nostro Cineraliũ die. Sed
Rex lõgissime hinc abest, & literę ad Legatũ Ve-
netorũ mittendę: quare metuebã ne intercideret.
Salutabis mihi Egnatiũ, quẽ miror literis meis nõ
rescripsisse, quas ei redditas esse ex Thesaurario
Insubrię Grolierio cognoui, homine Egnatii ami-
cissimo, omniũq; doctissimorũ. Vale, καὶ ὄναιο τῶν
φιλτάτων τῶν δὲ τῶν ξένων ἀξιωτάτων. E Marliano no-
stro quinto Cal. Martias.

Gulielmus Budęus Ludouico Ruzęo
Suppręfecto Parisiensi Sal.

QVęrenti mihi materiam ad te scribēdi Ruzęe charissime, occasio obtulit. Christophorus Longolius Venetiis nūc agit hyemem, diuersaturq; apud Petrum Bembum Patricium Venetum a secretis Pontificis Maximi: honeste sane ac splendide miraq; comitate exceptus. Est enim Petrus Bembus non modo magistratu atq; auctoritate Romę inclytus, sed etiā doctrina præstāti & eximia, collega Iacobi Sadoleti etiā a secretis Pontificiis, dignitateq; episcopali prędititi. Qui duūuiri (vt ita dicā) constituendę Romę eloquentię nuper ad me scripserunt: Roma alter, alter Venetiis: in amore illi quidem ingenii Longoliani riuales: tātaq; complexi hominē charitate, dignoscere vix vt possis vter alteri cedat in officii benignitatisq; prętatione. Id ex Longolio cum audierim, facileq; eius asseueratione inductus sim vt crederem: qui etiam eiusdem suasu perpulsus ad eos prior scripserim non alio sumpto argumento, tum vero in literis eorum eam agnoui vrbanitatem, quodam lepore elegantię conditam & iucundam, quæ me in venerationem hominū mihi ignotorū adduxit. Habebam antea paruium ingeniorum in animo meo adumbratum denunciatione famę. Sūt enim

ambo celebres in comitatu interiore Regis, ob literas Pontificias eorũ chirographis subscriptas. Fidem etiam opinioni arrogauerat Longolii affirmatio, aliorũq; nostratium. Nunc virtutis eorum ac probitatis species vsqueadeo informata & expressa oculis meis obuersatur, vt nihil iam morer aut Longolii testimoniũ, aut publicę vocis prerogatiuã: ipse penes me epistolas habeo, quasiq; obsignatas tabulas absolutæ numeris omnibus humanitatis & eruditionis indices: ita in tuũ Longolium propensę, idest in homines studiosos bona fide literarum elegãtium, similesq; Longolii, qui rari sunt, vt materiam se nactos esse lętentur, quasiq; sibi gratulentur specimen ac documentum prodendi egregię volũtatis & generosę. Cuius rei cognitione æstimationeq; adductus, haud cupide quidem ipse, sed tamẽ non inuitus facio vt de sententia mea decedam, in Longoliiq; transeam & ore & pedibus. Etenim per superos immortales, quæ commodior homini conditio, quæ splendidior potuit euenire, q̃ vt in alieno cęlo homo peragrandi cupidus, apud nationem eruditam, ingenii ac doctrinæ commendatione inclarescere? At huic non tantum id obtigit, sed etiam vt clarissimorum virorum sinu exciperetur benigne & prolixe. Nam cum nauiculam ingressus Venetias secundo flu-

mine delapsus esset, a Bembo qui tum forte illic erat, ad hospitium amoenissimũ ac pene regium non inuitatus, sed raptus est ambitiosis precibus, ac retentus, quoad ad Calendas Aprilis vna Romam contendant. Ac ne hominem gratuito indulsisse se diceres ad huiuscemodi hospitium inuitanti amico, præterq̃ ꝙ ab hospite cauit ne fraudi sibi esset a Pontifice maximo Venetiis restitisse, quasiq; vadimonium Romæ deseruisse, etiam hoc pacisci sustinuit, sibi vt interim pateret ex sententia animi bibliotheca publica illius famigeratæ Alexandrinæ æmula, idq; ei non negatum est, quod nullus exterorum adhuc impetrasse dicitur. Nuncq; ille librorum helluo, ad penum illam Musarum ita obhæsit, quasi ad Lotophagos, vt nec patriæ meminerit nec sodalium vt coniicere licet: hactenus quidem certe vt res Cisalpinas requirat. Scripturum enim ad me pollicitus est de copia eius bibliothecæ. Quid igitur causæ est quin ipse Longolius (contra q̃ ego tecum sentiebam) de se & conditione capienda honorifice hactenus atq; ex euentu feliciter senserit ac statuerit: nedum consulte atq; prudenter? Atqui nunc in eo sum, manus vt illi haud grauate daturus sim: si vrgere insistat, a meq; exprimere erroris confessionem: cum par esse ne-

queam vrgenti conſcientiæ: qui ante ipſe inire ra-
tionem me non quire dictitabam conſilii quod
ceperat , conſciſcendæ a patria gentilibuſq; &
amicis abſentię:quod inſtar eſſe videretur extor-
ris vitæ vagęq;. Quippe qui non nouiſſem illis eũ
illecebris captũ externę benignitatis , conuictuſq;
& vſus virorũ grauiſſimorum. Quibus i ipſis ſat cau
ſę fuiſſe video homini vinculis omnibus retinacu
liſq;,cõiugii,pignorũ,auctoramẽtorũ, noxa deniq;
(vt aiunt)atq; nexu ſoluto, quãobrem animo ſuo
obſequi conſtitueret conſectandis & obeundis ho
neſtiſſimarũ diſciplinarum diuerſoriis.Mihi quidẽ
certe ſi ſimilis fortuna obtigiſſet melioribus illis
annis ac liberioribus,quo eram ardore diſcẽdi af-
fectus,credo futurum fuiſſe vt aſpiranti fortunæ
cupide vela panderẽ , quocũq; illa gentiũ aura me
ꝓuexiſſet . At enim ille amicis ita auctoratus erat
fide data,ſui iã vt arbitrii non eſſet.Nõ id ipſe in-
ficiatur:ad diem ob id affuit:quum ſonticam cau-
ſam haberet,tamen vadimoniũ obiit , & vadimo-
nium tam longinquum: qđ etiã ipſum differri fru
ſtratione potuit,ſi fruſtrator eſſe voluiſſet.Siſten-
ti ſe nihil fuit qđ obiicerẽt amici.At repẽte ſe pro
ripuit,ita vt ſaluere ſimul valereq; nos iuſſerit.Nũ
etiam vaſis non conclamatis ? In hoc promiſſi fi-
des elucet, tot itinera emenſum eſſe eum nullam

aliam ob causam, quæ quidem conspicua sit: q
vt ex pacto se sisteret. Licuit manum iniicere præ
senti, si iniectionem amicitia daret. Verum fac fu-
isse iniectionem aut amicitiæ iure, aut inter vos
compactam: num tu summo iure cum amico
vtererer? non puto, non ita te expertus sum. Vn-
de tibi frontem iuris huius vsurpandi, qui etiam
ex æquo & bono, magnam partem remittere
amicitiæ ac condonare assueueris? Noli de tuo
more decedere: vt in alienos mores immigres.
Hactenus amici partes amicitiæq; benignę nu-
meros omneis impleuisse te palam ille contesta-
tur. Vide ne pulcherrimũ factũ, ne optime colloca
tam beneficentiã dũ cumulare vis euertas. Aegre
tulisti scilicet hominem tibi e manibus ereptũ, in
quo ornando omne tuum studium conatũq; desti
naueras. Hũc cui omnia summa nõ tua sed ipsius
causa cupiebas, fortuna tãq̃ e sinu tuo aut gremio
pignerata est, non minus illum quidẽ vbiuis gen-
tium in ære tuo futurum. In hoc quid tibi obsit,
quid iure queri possis non video: nisi non gratui-
tum esse fateare quod homini præstitisti: id qđ si
diceres ipse, nemo tibi crederet. Qz si summo iu-
re vti nunc institeris, tuũq; (vt ita dicam) inusita-
ta tibi frugalitate seruare: ad idq; actionem vt pro
socio, sic pro amico intendere, quæ nulla iure ciui-

li prodita est,(quę etiā si prodita esset ipsa,in bonū vtiq; & ęquū honestūq; conciperetur,iudiciūq; non vltra id haberet,q̄ quātū facere amicus cōmodo suo posset)sed si hac aut alia actione nūc vtare,non rei modo ipsa sed etiā hominis persecutoria, tanq̄ mancipii tui fuerit:vereor vt amicitiā hilariter & comiter susceptā,parū officiose tueri ac perferre videare.Caue p̄ Deū diuosq;,qui obloqui gestiunt:dictitare illi quidem hoc possint, te tanq̄ ex syngrapha cum hoie doctissimo tibiq; charissimo egisse ad operarū pręstationem: q̄d a morib9 tuis perq̄ est alienū. Proinde hic me tibi cōsultum amicitię ingerā,(me enim multis in rebus cōsultorem tibi poscis,quarū tu longe prudentior es) censeboq; & auctor ero vt pro ingenii tui candore litem hanc tu dirimas potius , iureq; tuo decedas,q̄ duriuscule cū amico agēdo tota persecutione cadas.Sua(vt dixi)hui9 iudicii formula est & peculiaris,vt si cuiusq̄:cuius controuersia nō modo ex decoro & honesto disceptabitur , sed etiam disceptatio in reum propensa erit & prona.Quare si rē ad cōmuniū amicorū disquisitionem vocaris:aut res suapte ipsa sponte(vt fit)ad iudicium hominū delata deductaq; fuerit: idest si innotescere cœperit quā ob causam inter vos animi quędā offensio intercesserit:vereor ne vt egregiū te sem

per eius aliorũq; amicum gnauũq; esse docuisti, sic vicissitudinis amicitię reposcitor fuisse videare: id qđ exprobrationis beneficii vt pars sit necesse est. Iam cũ hoc ferat ius ratioq; amicitię (qđ tu minime ignoras, qui id sępe ius amicis cõmodando vsurpes) amicorum vt cõmodis non minus q̃ nostris seruiamus: cur tandẽ ęgreferas vsu atq; cõuictu hominis amici te fraudari, quẽ eam ad spem fouere ornareq; statueras, potiusq̃ rationẽ habeas aduentantis eius fortunæ: consiliũq; & propositũ eius adiuues ac cõfirmes, felicitaq; gratulatione erigas: qđ certa ipse aut pene explorata spe suscepisse creditur? Depone tute paulisper memoriam iucũdi fructus amicitię, quẽ tibi ereptũ eẽ doles: & ob oculos tuos siste animũ hoĩs honesta cupiditate flagrantis illustrandi sui nominis, ad præmiaq; instantia erecti, studii incredibilis, laborisq; multos iã annos exhausti ingenio excolendo, qđ pręstantissimum natura sortitus est. Tum mature statue num ille gestientem animum, doctrinæq; conscietia fidentem, coercere debuerit: in orbemq; cogere translatitię vitæ in patria propositę, potiusq̃ spei indulgere, quæ in Vrbe illustrissima, in parte mundi celeberrima, in natione clarissima literarũ cognitiõe & doctrina, vltro deferebat. Neq; vero obtrectare eius cõsilio quisq̃ merito põt vt teme-

rario & inconstanti, quecunque ipse exitum rei habi turus sit. Vrbe Roma profectus in Galliam vt promiserat, venit: consilii, propositique certus: ab amicis redeundi veniam, quasique peregrinationem liberam vt postularet. Si quod petiit a te non impetrauit bona venia, tamen fide exoluta, mea quidem sen tentia, honeste se exauctorauit. A te discedens in Marlianum meum venit, cum egregio iuuene doctoque Bartolino Florentino Cœnobiarcha Asprimonta no. Cumque de te multa tuisque in se officiis & benignitate inuitandi, grata quidem ille & facunda com memoratione dixisset, id a me contendere cœpit vt apud te causam suam defensitarem, cui omnium maxime amicorum purgatum se volebat. Ibi cum ego rursus labefactare constantiam eius tentarem: vt sensi actum me (vt dicitur) agere, non vltra odiosus esse volui. Feci etiam de industria vt ostenderem haud ægre adduci me posse, vt consilium eius non absonum a ratione temporis esse existimarem. Quid ni enim id facerem, qui viderem animi eius alacritatem non sine numine erectam, tanta fiducia fretam, vt id velut pignus esse ducerem manentis eum honoris luculenti: presertim cum tanta inertia, inscitia, neglectus honestarum disciplinarum elegantieque literarum mentibus eorum obrepsisset qui auctoritate atque opibus valent in rerum actu summo

quorũdam etiã animis qui ſe videri volunt doctri nę arbitri & cenſores,proteruus liuor & ſceleſtus vſqueadeo inceſſiſſet: vt pene incubuiſſe viderentur,operãq; inuicẽ condixiſſe ad ſummouendos e comitatu Principali homines qui hoc nomine inclaruiſſent. Noſti.n.in egregia Principis igenioſiſſimi volũtate,in plauſu nobilitatis, in veneratione populi, valuiſſe tamen paucorũ improbitatem ad opprimendã cito famã ſplendidę inclytęq; doctrinę nõnullorũ hominũ : quorũ nomina ſuapte ipſa cõmendatione in Regiã inſinuarant ſine ſuffragatore.Exploſa igitur e cõuentu primorũ procerũq; literarũ bonarũ exiſtimatione,deturbata & exacta e ſubſelliis curiarũ,e tribunalibus, e ſelectis cõſeſſibus eloquẽtia,qua ille maxime eminere poteſt, ſeſeq; cõmẽdare,quid ei ſperandũ erat a beneficẽtia publica? Nouerat(crede mihi) nouerat (inquã) ac probe ęſtimarat iſtorũ hominũ mores,qui tantũ deceſſurum auctoritati ſuę putant atq; opinioni,quanta erit olim lautioris doctrinæ politioriſq; opinio,ſiqui maiore quodã fato ad rerũ actũ euadant aliquãdo,qui cornicũ(quod aiũt)oculos cõfigere & audeant & poſſint.Hæc fere ſunt quib9 animaduerſis cauſam non eſſe duxi cũ homine cõtendendi,qui ſe conſilii ſui rationem ſubduxiſſe in ſummã conſectandę claritatis nominis prę ſe fere

bat, fameq; propagandę ingenii facultatibus, in officinis perpoliti elegantia inclytis. Etenim quotus quisq; faceret dūtaxat prudētia iudicioq; prędito rum, vt cuius rei gratia tot loca peragrasset: tot sibi labores ęrūnasq; iniunxisset: quā rem deniq; oībus anteponeret, eius rei fructum inter eos homines percepturum se speraret: apud quos friget ei⁹ gratia, quantū quidem pertinet ad honores adipiscendos? Nō nescius erat quosdam nullis nec industrię nec necessitudinū adminiculis erigere sese, ac stare potuisse aduersus cęcam istorū obtrectationem, qui literas ipsi bonas earūq; peritia nobiles interdū palam laudant more fascinantium. Eū autem cū scirem nulli magis q̄ tibi optasse cōsilium suum vt approbaret: ea de re tecum antea verba feci, quo tibi persuaderem Longolium nec inofficiose de te, nec de se ipsum incōsulte hoc facto statuisse. In quo cū parum profecisse me arbitrarer, consilium cepi literis id internūciis tentandi qđ pręsenti coram non processerat. Nā id ei discedēti facturū me, postea etiā epistola perfecturū recepi. Q̄ꝫ benigne vero secū pręsente, absente, domi, peregreq; egeris, q̄ egregie ac prolixe de studiis suis meritus sis, contestatione edita ingenue ꝓfessurū esse cōperi, quā mox (vt spero) videbimus Venetiis īformatā. Proinde nisi his meis monitis

auscultare tibi imperaueris qđ præsenti noluisti, denuncio tibi periculū & simultatem. A quo tādē inquis? Nēpe ab eo periculū, ne te alienatū semel a se ipse suspicetur, aliūq; calculum parē eiusdemq; cādoris substituendū censeat rationibus suis, quo iacturam sarciat, amicitiam dissuat solidis officiis contractā, obseruantiāq; exuat, qua te semper & merito prosecutus est. A me tandē simultatem & expostulationē pręsentem. Qui cū in tui obseruantia atq; amore æmulū Longoliū haberē, cernā me ita fastidiri: vt desideriū ęmuli mei ferre nō queas: cui ob antiquitatē saltem nedū assiduā operā anteponendus fui. Quē cum absentē ipsum tantopere reqras, satis est argumēti quo loco habitur9 me fueris si eū tibi habere sodalē licuisset. Ita quē ante nō pœnitebat quātū istius amicitię cultu auctoritatē meā auxissem, nunc prope est vt perpudeat me in secundā classem amicorū a te esse contributum. Qđ parū acutum me hominē non vidisse discrucior animi, qui mystica tecū necessitudine cōtracta in initiali genitura infantuli mei Ludouici, trabali clauo fixisse amorē nostrum sperabam. Verum ne isto fastidio mei magnopere tibi ludos facias, venisse iam tēpus spero quo mihi possim opinionis tātū apud te auctoritatisq; asserere & arrogare, quantū propensiore Longolii charitate decę

debat atq; derogabatur. Quẽ enim iã habere potes, quẽ mihi anteponas? nisi si Erasmum externũ tibi amicũ epistolis crebris amplexari institeris, q cũ certare iam non ausim. Qui si forte huc migrarit, eumq; exosculari in animũ induxeris, isq; se tibi dedat, fatebor rem hãc mihi ad incitos rediisse vt fuit in prouerbio. Verũ id fortasse melius in p̄senti videro, aliũ inuenero facile quẽ in oculis tuis colam, cui me vẽditem, cui vel supparasiter in hac ætate, potiusq̃ inultus abeam. Quin & ip̄m Erasmũ confirmatum mihi amicũ exorare potero, mihi vt in hoc subseruiat officiose atq; amice. Nam si aduẽtu suo ab omnibus optato, luminibus meis officere proterue statuerit: primũ id erit (vt opinor) vt e medio facessam: deinde vt eminus intẽperias ipsi cieam magistrales: quibus iã ipsis cum vix par esse possit, si in prȩsidia ipse calũniȩ trãsiero: eorũq; auxiliis centuriisq; cauillantiũ me adiunxero, quid futurũ deinde cẽses? quas illis copias accessuras, si cõmentatiunculas nouas succẽturiauero? quantã porro impressionẽ me facturũ in eius cõmentarios agmine impudentiȩ toto (vt aiunt) organo instructȩ & accinctȩ? Verũ (vt iocos iam desinã) nuper ipse Erasmus ad me scripsit, sed in tumultu: aiebatq; se magnopere vereri ne tu cum Deloino nostro sibi infensus esses: orauitq; vt se

purgarem de scribēdi neglectu. Turbulētis negociis implicatus, animū (vt arbitror) parū habet liberū: officiisq; non necessariis minime feriatū. Nā & ipse nunc ad me rarius q̄ solebat. Eniuero amice maxime (vt ad seria de Lōgolio redeā) videt̄ mihi tuus ille amicus, nō modo ingenio prę̄stāti, sed etiā genio quodam excelso prędītus & ornatus, in primisq; gratioso: cuius velut numinis instictu agitur in hanc illamq; nationē, libero & patenti vltro citroq; cōmeatu. In quibus quasi expeditionibus nescias Palladis ne auspiciis, an hospitalis Iouis potius Gratiarūq; rapiatur. vsqueadeo Longolii nomen non doctrina tm̄ eximia: sed amicitiis etiā illustrib9 nobilitari videmus. Id quod certe nō procederet nisi ingeniū geniumq; huiuscemodi circū ferret, veluti diploma quoddam tuti pacatiq; commeatus atq; etiā festiui, a Fortuna & Gratiis mutuatus. Hūc cursum ei9 hactenus inoffensum morari si perrexeris, non tam amicitię ius colere q̄ cōmoda amicitię cōsectari videbere: qui hominem a te bona ex parte productū, obseruantissimum tui, in medio spacio insistere causa tua postules, plaudenteisq; destituere: deposita spe atq; etiam abiecta ad metam palmarem perueniendi. Quāto igitur satius est, erectis eius spiritibus indulgere: qui simulatq; palmā adeptus fuerit, quo est in te ani-

mo grato ac pene deuoto, primitias honoris i manu tua ponet: quē in primis dignū esse arbitratur qui cū lętitiā decusq; cōmunicet incrementorum suorū. Equidē ætati meę hominē succrescentem, mollioraq; omnia ac procliuiora nactum, vt longe meliorē ingenio, sic cętera nō facile superiorē, tātū abest ægris vt oculis videā emicantē, iāiāq; anteuersurū si adniti voluerit, vt etiā adhortatione adiuuem atq; votis: vt quē in primis inter nostrates animaduerterim iusto literarum amore captum, nec ingenium nec doctrinā quæstui, honori vero habuisse studiorūq; voluptati. Quoniam autē memini me non alia pietate imbutū fuisse in obseruātia cultuq; antiquę eloquentię: suaue est mihi vtiq; in huiuscemodi virorū mentione acquiescere. Nec vero vsu sermonis tecū colloquioq; fatigor: nec salibus tuis satior vrbanis & cādidis: pro quibus villaticos hos habebis extra pomœria natos. Quare libēs hilarusq; feci: vt datū mihi a Lōgolio tuo scribendi argumentum longius latiusq; propagarē, q̄ fines epistolę iustę ab illis circūscribuntur qui breuitatem peculiarē epistolarum esse sanciūt. Quos etiā ipsos leges alias tulisse ętate nostra noui, quas nunq̄ sacrosanctas esse duxi, ex quo priscorum institutis cōtrarias esse comperi: quum ante ipse ab illis translatitias esse duxissem. Vtcunq; teneri me

ſanctionibus iſtis ſcrupuloſis non exiſtimo cū ad homines amiciſſimos ſcribo:iiſq; viciſſim amicos ſoluo, ac doctiſſimum quenq; aut iucūdiſſimum maxime,quorum longiſſimam quāq; epiſtolam lectitandam in primis,ſeruandamq; cenſeo.Si vt valeam ſcire cupis, cætera egregie ac pugilice vt plerunq; : a capite nec bene nec prædicabiliter: vt ſolitus ſum fere, ex quo noxam contraxi. Sin quid hic agatur quæris, viuitur: ideſt tranquilla vita degitur. Nam ab vrbe proficiſcens, grauiſſimam quanq; curam ac moleſtiam relinquere ſoleo. Hic ocio fruor alto atq; vberi,quo nomine maxime vicum meum abſtruſum vrbis frequentię pręfero, qui mihi vacationem ferme iuſtam ægritudinis præſtat. Cui ſi hoc accederet: vt ægrotationis quoq; præſtaret: cauſam haud diceretis (vt opinor) quin ego animo huc migrarem, domuſq; hæc mihi iuſti loco exilii eſſet ab vrbe, ſollicitudinum, angorum, mœrorumq; conciliabulo. Certe ſi tantam mihi immunitatem dare poſſet hæc officina tranquillitatis, valere (vt arbitror) iuberem ius omne poſtliminii. Quanq̄ ſi amicum vnum & alterum fidei exploratæ haberem, quibus tanq̄ depoſitariis curarum vti poſſem, (Nam ægritudinum nollem) minus fortaſſe vrbanam moroſamq;

istam habitationem odissem. Quare si mihi hasce ferias liberales inuides, quas in hunc annũ concepi: statue an ex syngrapha huic te deposito offerre suscipiendo audeas: ita vt sine captione eadem vsurus sim securitate in vrbe & in villa. Sed etiam etiamq; statue, & mature. Neq; enim ludicra aut triobolaris est sponsio: vt nostrates loqui solẽt. Poscit autem vt prędibus prædiisq; (quod dicitur) stipulãti caueatur. Tametsi ecquẽ esse putas tam bene prędiatum, tot possessionibus, tantis obuentionibus preditum, cui hanc credere sponsionem debeã si fide iubeat esse sua? Atqui dedisset mihi Deus tm̃ capitis firmitatem, quãdo Asclepiadę nequeunt, haud erat qđ angerer, qđ quererer, deniq; qđ poscerem, etiam si multa desidero ferme necessaria. Nescis tute profecto Ludouice, nesciunt alii qui in forense aut palatinum ergastulũ ascribi pręclarum esse ducunt & fortunatum: quantum vectigal lucratiui temporis atq; ęquanimitatis, hac ex officina ocii securitatisq; percipiam, cũ interim si quid exoriatur (vt fit interdũ) cõtrouersię, sine tua aut cuiusq̃ prætextati disceptatione, Philosophia litem dirimat arbitratu fere meo. Adde q capitalem hanc noxam, ab eaq; enatam interdum ęgritudinem, ipsa mihi Philologia omnium horarum locorumq; socia, carminibus excantat ad id

accõmodatis, tum gręcis,tum latinis. Quã vtinã ipsam tam facile cõsopire posset,semelq; supprime re,q̃ potuit ambitionẽ atq; cupiditatẽ. Q̃z q̃ o me cęcũ animi,maleq; de meipso meritũ, qui ob id su perũ aures fatigare non desinam,vacationẽq; eius ęrũnę flagitare,quam mihi fortasse prouidẽtia ad lustrationẽ animi illustrationẽq; iniũxit. Nã absq; hac inualetudine esset: quis scit an errorẽ animũ coercere potuissem: quasiq; a Philologia fugitiuũ reprehendere aut curiose emansitantẽ? Quid igi- tur(inquis)homine te futurũ est studiorũ alũno affinium philosophię, nec ętate iam vergẽte profi ciente in constãtiam? Nescio,nisi futurũ spero vt sim tandẽ in auctoritate philosophię: siquãdo pe- nitus admitti ad eã mihi liceat.Nunc errorem tã- tũmodo agnosco,nouiq; q̃ sim ineptus requirẽdo pristinã valetudinẽ ac prope inoffensam.Quod ve lut Epodiũ intercalare oĩbus(vt aiunt)rhythmis succinere solitus sum: omnibusq; interfari cõme- morationibus. Tanta est ineptia hominis nõ feren tis desiderium prosperę habitudinis,ac deploratæ spei dãnum.Gestio scire q̃ prospere valeas cũ vxo re ac germanis:quid tu9 meusq; meditetur Tunsa nus:quẽ tibi esse spero a memoria literarũ colen- darum horis tuis succisiuis. Qua in re q̃diu tibi operam literarũq; elegantium honori nauabit ac-

curatam & strenuã, gratiã a me q̃ maximã inibit. Nunq̃ tam literatus q̃ paucis diebus fui. Crebris enim atq; etiã multis pariter itidem fuit respondẽdũ, & scribendi labor me cõficit, cũ a manu ministri vicẽ mihimetipsi suppleam. Quare nondũ auspicari licuit qđ tibi spoponderã. Et aliquid lectioni dandũ est, qua mirũ in modum me oblecto, ita vt scribẽdi cõmentationem numerẽ inter labores: nimirum ꝙ lectitandi intentio consentanea magis sit philologiæ meę, etiã si minus e re sit & incremẽto hęreditatis quam liberis meis relicturus sum: congruentem vtiq; ipsam homini antiquissimã curam habenti eorũ studiorũ quæ decoquere creditoribus solent. Qᷓq̃ nihil tam semper iis credidi, q̃ nihil deperire iis qui in dies in horasq; cõpiosiores fiant. Quæres fortasse quot vncias eius hęreditatis ex Asse meo facturus sim. Ego si fata me expectent, vix in semissem cessurũ esse illũ Assem confido, cũ eo quidem vt cætera competant ac suppetant ad ocium & arbitrium liberũ. Spero te cũ primariis meis amicis huius cernendę hęreditatis liberis meis arbitrũ fore patronumq;, siqui extiterint fortasse qui expilare conentur. Res certe hactenus ad te pertinebit: vt vnciolã defendas mei tuiq; Ludouici (tuum enim appello cuius tu initiationis arbiter lustrico die fuisti, alteriusq; ge

nitur ę)qui te vtiq; incolumi nunq̃ orbus esse poterit. Vale. & Longolium tuum & me ama vt soles: ne si nos amiseris amicos, decuriam amicorum luculenter supplendã cõtinuo habeas. E Marliano nostro. Pridie Nonas Martias. M.D.XIX.

Gulielmus Budęus Nicolao
Beraldo. S.

NVnq̃ mihi tãtũ fuit ocii, ocium vt suppetere mihi existimarem. Nunc cum procul sim ab vrbe & negociis: tamen defici me tempore caussificor, ad ea commentanda quæ in animum induxeram esse mihi scribẽda, siue est hæc inertia mea & ingenii tarditas, explicare vt non queam in re præsenti quæ mihi expedita pauloante videbantur tractatuiq; cessura: siue ea est animi mei auiditas, morositasq; iudicii, vt quocũq; labore, quantauis contentione & industria satisfacere mihi non possim. Nam quum in negociis immersus eram, ocium ipse requirens, mecum ita ratiocinabar, interdumq; dicere non verebar, siquando mihi existere ex illo tędio daretur, domumq; penitus me recipere, ita me totum literis tum redditurum: vt geminato labore, instaurataq; contentione, atq; etiam impetu amplificata, dispendium rependerem operę deperditæ. Nunc cum in eo prope sim ocio quod tantopere expetiueram, non tam

causificationibus supersedeo, q̃ quid causer nõ habeo. Etenim si valetudinis excusare incõmoda institero, si rei familiaris munera iactitare, cum id trãslatitiũ est, omnibusq; egregie studiosis solẽne & obuiũ, tum vno semper & eodem modulo (vt est in nostro prouerbio) tibiam inflare videbor, aut cantitare iisdem semper numeris. Quod quid est aliud ipsum q̃ aureis obtundere audientiũ? qui frustrationem hanc esse dicent, expectationisq; ludificationem, q nulla causa satis conspicua inter causarios profitear infirmitate, nimirum vt vacationem huius muneris habeam, idest prætextum lãguoris & inertię. Erunt etiam fortasse qui cauillentur & quęrant cur non semel inteream, cum toties pene sim intermortuus. Quo vero magis ęstuarem atq; angerer his rebus perpẽdẽdis, ecce aũt tu nunc a me contẽdis, quasiq; vniuersitatis actor publico me nomine appellas, vt primo quoq; tempore pariam qđ iãdiu parturire me fama est. Nę hoc iãdiu, minus est decem mensibus, si te ratiocinari non piget. æstima q̃diu peregre reuertimus, tu enim in eo comitatu fuisti. Nam superioris tẽporis cõmentationes, idest quæ ad Annotationes & huiuscemodi scriptiones pertinent, ex commentariis meis ita tũ circũscripsi, vix vt interlitas schedas & inductas inter res meas esse paterer. Age

ex illis decem mensibus, pauculos menses demito velut accessioné temporis deperditi & cōtriti in ea peregrinatione, cū temporis intertrimento qđ factum est in transferenda supellectili mea in hūc locum, quasiq; euocando lare familiari ab vrbe, nimirum vix iam id erit diutule quod iādiu vocasti. Mitto tēpus impensum in absoluēda villa & exornanda, ne incommodius ruri q̄ in vrbe, illautiusq; aut sordidius hic q̄ istic habitaré. Ad id enim succisiuas horas destinaui, quibus Philologiam meā fraudo. Nec vero ineunda hac ratione calculū vllū pono curationi corporis iam deplorati: nec enim id iam tanti esse censeo, vt pro eo dependere tantulum velim temporis, qđ mihi non multum sup esse coniicio ad vitam finiēdam. Nunc cum in eo sim ferme vt tu atq; alii qui itidem mecum agūt, venisse diem existimetis, quasiq; menses luculenti cuiusdam partus esse exactos: ego cessisse diē nō inficier, vt aliquid exhibere edereq; debeā ex hoc ocio natum: cūq; tu scribas expeti a me quippiam grauioris operę, si expeti tu quidem pro exoptari intelligis, facile id patior: sin expectari aliquid eiuscemodi desiderariq; significas, vide vt satis ęquus sis mihi æstimator & adhortator, qui me abortiuū potius atq; eiectitiū, q̄ nihil parere vis. At ego vt vxorem, liberos, sic Philologiam meam vxoris

meç pellicem,parere mihi libros velim,vitales po-
tius & vegetos, q̃ multos & semianimos. Atqui
partio ab antiquis existimata est mense demũ de-
cimo,vt Græci dicunt βιώσιμος, idest iusta & vita
lis. Vide igitur tu actor præpropere ne in fraudẽ
incideris,& in mulctam formulę,causaq; ista ceci-
deris: vtpote qui non re tm̃ sed etiam tẽpore plus
te petere non animaduertisti. Atenim sunt qui se-
ptimo mense tempus exactum esse putent: at ego
non tm̃ vitales partus,sed etiã volo viuaces. Quoq̃
hęc mea verba,velim vt optantis a te verba nõ vt
sperantis excipi. Nam q̃ opus aliquod grauioris
operę expeti a me dixisti,vereor vt isti expectatio
ni respõdeã. Quoq̃ quid apertius loqui religiosum
esse putem? plane tibi denuncio spei me vestrę ex-
pectationiq; decocturum, si tamen istã bona fide
spem de me vos cõcepistis. At temeritatis fuit ta-
le aliquid aliquando iactare, vide ne non etiam le-
uitatis homini iactãticulo credulis auribus auscul
tare. Sed fuerit apud me vnũ culpa: nihil ne prode
rit exilii causa solum vertisse,ex vrbeq; migrasse?
Enimuero insignis erit iniuria si ne in hoc quidẽ
suffugio,quasiq; inertiæ ac desidiæ asylo, cessare
mihi licebit, & identidem obdormiscere cum ita
visum fuerit. Quippe id iuris fuisse nouimus olim
apud Romanos, vt qui creditorum nexus vitare,

qui criminũ supplicia, qui legũ animaduersiones cuperent, iis facere liceret, vt exilio volũtario solũ ipsi verterent, sicq; defungerẽtur animaduersionũ metu. Pręclarum vero scitũq; consilium meum, si eo redactus sum, in eamq; miseriam deuolutus, vt ne extorri quidem esse in obliuione liceat. Ita qui in secessu hoc deuio dormire somnos Endymionis speraueram, animoq; fatiscenti ac cessatori obsequi ex sententia, necesse vtiq; nũc habebo etiam lucubrare contra meum institutũ, atq; incõmodo valetudinis, quando pręsenti iuxta absentiq; vacationem negatis atq; immunitatem. Proinde paucorum adhuc mensium deuoranda erit ærumna vt video, faciẽdũq; mihi erit vt aliquid editum eã, amicosq; flagitatores quasi creditores absoluam, acrius iam vrgentes. Sed heus ipsi, videte ne alteras pẽsiones annua bima trima die promissas vobis dicatis. Siquidem ex eo genere esse me vobis prædico & contestor, queis cũ non vltra q̃ facere haud ægre possunt, agitur. Quod de Frobenio & Badio scribis, tecum coram statuã. Sed q̃d sedulo te curaturum scribis, vt quicquid hinc prompserim, eleganter & ex fide concinnatũ exeat, (id eñ significas, & vltro polliceris) hoc facito vt memineris, siquid tale acciderit. Q̃d certe mox fieret, nisi colligẽdi recognoscẽdiq; epistolas schedatim di-

ſperſas, labor me & moleſtia deterreret: nõnullaſq; reſcribendi, lituris & chirographo meo in celerita te neglecto, corruptas & obſcuratas. Gratũ eſt au tem mihi ꝙ eam tibi operam depoſcis, quã cũ pre cibus etiã delaturus eram nõ tibi, ſed τῷ τυχόντι, qui tamen prȩſtare ſecuritatem mihi poſſet. Tibi vero hoc amplius ꝓmitto: vt mihi ſis Ariſtarchus, nedũ impreſſorũ mancipi. Diligo iam Badium de typis Græcis ab eo e Germania curatis: qui ſi in eo genere operã nobis ſuam probarit & induſtriã nitar pro virili parte cõminiſci quod eo pertineat. Saluta mihi Glareanũ, q nudiuſtertiꝰ a me diſceſ ſit, cũ Heluetiis adoleſcentibus doctis ſane & ho neſtis. Hunc iam impẽſius amo q̃ ſolebã, eius me rito, quippe qui huc venire non grauatus ſit. tãetſi eos pœnituiſſe oportet quãtũ ea bidui iactura iti nerisq; labore profecerint: vt villam hanc meã ſtu diorũq; ſedem viderent, tam vero rem viſendam q̃ hominem me ſpectandũ, ad quem ſalutandum ad quartũdecimum ab vrbe lapidem venire ſuſtinue runt. Ad Deloinũ ſcribo, quare hoc cõpendii ope rȩ facies, ne ad eum ſalutandũ verbis meis homi nem conueniendum habeas. Vale. E Marliano no ſtro. ſexto Calendas Martias.

Gulielmus Budȩus Tho mȩ Moro. S.

NVnq̃ posthac verebor in istorũ me conuẽtu sericatorum sistere, qui solos sese nobiles esse censent: atq; etiam ore me & digitis magnifice inferre, ac proferre in publicum, quũ a te hominũ graui æstimatore annulis nuper donatus sim, vt dudum canibus Britannicis, tam cõfectoribus ferarum q̃ ad limina custodibus. Q đ tamen munus tuũ & locupletius & ornatius haud dubie fuisset, si tibi vna quoq; epistolam mittere vacasset ingenito tibi lepore conspersam, ac salibus incõditam, qui mihi magnopere ad stomachum faciũt. Nulla enim munera amicorum accuratius q̃ epistolas asseruo, dũtaxat istiusmodi, vt quas habere solitus sum numero supellectilis in delitiis habitę, intraq; scrinia sanctiora conditę. Est autẽ alioqui scribẽdi vicissitudo, vt mea fert opinio, simile quiddã atq; si inter socios & fœderatos Reges pax & amicitia anniuersariis legationibus retineatur & confirmetur: Quũ sit ita fere in rebus interituris natura comparatũ, quę recte & commode constituta sunt, vt tanq̃ cũ vertigine mũdi rapta, tractim in finem & interitũ vergant, nisi humana prouidentia curaq; labentibus eat obuiam, in locũq; ipsa & gradũ suũ reponat. Accedit obliuio res inuida & exitiabilis, in desidia & securitate obrepẽs, omniũ rerum etiam incisarum & inustarũ obliteratrix

atq; peremptrix. Id quod ipsum vidisse mihi ipse
videre,qui velut alto me silentio indormientē,mu
nere hoc cōmonefactoriolo torpentis iam & iner-
tis admonuisti amicitię.Cuius rei culpa si ἐπὶ διὸς
τοῦ φιλίου ἢ ἐπὶ ὅτου δήποτε τῶν ἀμφοῖν ἡμῖν φίλων ὄν-
των in cōtrouersiam deduceretur,futurū existimo
vt nostrum vterq; eo se potissimū a crimine vindi
caret , q̄ scribēdi vices alterius esse diceret ac de-
fenderet.Quo fit cum ambo cessauerimus,neuter
tamen non ita culpę inficiator ac reiector esse pos
sit,vt pręstolatorem se non cessatorem vocet. Q̄
si tu mi More in ratione tua ineunda munerū mis
sitandorum vices in officii numerum ita ducis,vt
tibi pro scribendi functionibus cedant, vide ne q̄
carius ac honorificētius defungi pręstationibus
amicitię instituisti,nō etiam officiosius, euilescere
sinas istius tui ingenii opinionem,suauitate amœ
nitateq; nobilis.Quū alioqui officio non cōueniat
viri ista eruditione prędití, huiusmodi permuta-
tionem in amicorū cōmerciū admittere, literariā
facientiū,in disciplinisq; negociantiū cū successu,
vt ingenii functionem ac pręstationem annua pē
sitatione redimant,& desidię pœnam muneraria
mulcta luant.Atqui quāti vtrūq; genus apud me
sit,inde coniicere potes,q̄ canes illos tuos pręgrā
des,trucisq; aspectu commendabiles & speciosos,

ſingulos amicis iis dono miſi, apud quos recte & cõgrue collocata munera exiſtimabã. Annulos inter cognatas primo quoq; die diſtribui θαυματȣργία commẽdatos, bona quidem ex parte, reliquos etiam diuiſurus, quoſq; a te quoſq; ab aliis accepi, prout occaſio ſeſe commode & opportune aut iucunde obtulerit. Epiſtolas autẽ tuas in rebus meis ita ſemper habiturus ſum, liberiſq; & hæredibus relicturus inter epiſtolarum mearum exempla aliquando fortaſſe in medium proditura, vt in ipſis munificentię tuę memoriã inuolutã impreſſamq; aſſeruem. Proinde ꝙ mihi dona elegantia miſiſti, id ita mihi gratum eſt, vt ob ea gratiam a me magnam iniueris & pertinacem. Qꝫ non comitẽ epiſtolam addideris muneris ornamentum, & liberalitatis tuę (vt ita dicam) indicaturã, id vero ideo tecum expoſtulandum habui vir amiciſſime, vt intelligeres, id me iure meo flagitare, qđ tu mihi nullo negare pacto potes, niſi mihi hoc anno pro Moro ſuauiſſimo moroſus acerbuſq; factus es, quod abominor. Vale. Pariſiis pridie Idus Sextileis. M. D. vndeuiceſimo. Poſt has literas ſcriptas reſciui Chriſtophorũ Longolium clara hic gente oriũdum, in Britanniam iturum. Is cũ noſtri conſortii homines inuiſurus ſit quacunq; iter fecerit, ad te iſtic vt adeat in primis neceſſe eſt, & ei auctor fui,

Quem vt benigne ipsum officioseq; accipias, non tam mea causa velim, aut postularim, cui ipse non mediocriter amicus est, q̄ eruditionis singularis ingeniiq; eximii gratia, & iudicii in paucis excellẽtis. Est enim cum apprime doctus in Gręcis iuxta latinisq; literis, & de iis ipsis olim literis aut etiam mox optime meriturus, vt siquis alius æqualium nostri sęculi. Vale rursus.

Gulielmus Budęus Francisco Picarto. S.

SVpplices tuę literæ & prope obsecratrices tã-ta me obstrinxerunt religione, vt cœptam contentionẽ abrũpere coactus sim, & postulato tuo vacare. Ad preces enim ambitiosas hoc etiam addidisti, vt adiurares me per eã necessitudinẽ quæ mihi cum patre tuo intercedit, ne id cõmitterem vt rationem tui non habuisse viderer aut tuę postulationis, præsertim cũ aliorum habuissem etiã ætate inferiorum. Atqui nullo me nomine adiurare potuisti appositius aut etiam sanctius ad id q̄d a me contendisti. Siquidem eũdem tuũ patrem in amicorũ meorũ album honoratissimo loco iãdiu referendum censui. Id quod nõ magis spontaneo quodam amore, q̄ merito eius feci, quũ amari me ab eo amore non translatitio senserim, certisq; ac multis documentis iudicarim: vt eũ nõ amare sed redamare videar iis qui in conscientiam assumpti

ſunt earum rerũ,quas ille mihi ſępe perficere adni xus eſt. Verum pręter amicitię officia in conſuetudine vitę vſurpata,pręter vnũ & alterũ ſpecimẽ ab eo in articulis rerũ datum,animi in me propenſiſſimi,cauſaq; mea omnia ſumma mediocriaq; cupientis,etiã propter me (vt opinor) non pridem ita colere atq; obſeruare Philologiã meã cœpit, vt iam ei familiaris factus ſit,aut certe apud eam frequẽs & multus. In quo tamen (ne nimiũ ei blandiar) parũ officioſus fuit, ꝙ verecũde & religioſe ad amicã neceſſarii ſui accedere ipſe exiſtimari voluit, homo vt ingenuo quodã pudore ſuffuſus, ſic quodã modo maligne de amicitia ac præparce meritus,q primoribus (vt ita dicã) digitis amores amici attrectare vix auſus ſit, cuius etiã penetralia patere ſibi non neſciebat. Nuper ipſe ad me ex Atilliano veſtro ſcripſit,primũ literas ſemilatinas:deinde mira quadã voluptate legẽdis ſcriptis meis affectũ ſe fuiſſe. Sed hactenus (inqt ille) de literis,ne riſum tibi excutiã ſi amplius locutus latine fuero. Deinde ad vernaculũ ſermonẽ tranſitum fecit. Ita ne vero hominẽ mihi ęqualẽ, & mediocri eruditione prędítum (vt parciſſime dicã) latine mecũ loqui puduit, ac fateri ſeſe ſtudio doctrinæ elegantioris teneri? At vide quid in ſe ipſe hac verecũdia admiſerit. Nam dũ latinã ad me epiſtolã

perſcribere in religionem traxit, bilinguem ſe ho-
minem amico exhibuit: qđ verſuti magis ingenii
q̃ ſimplicis eſſe ſolet. Scis em̃ prouerbio vulgi prę
iudiciũ eſſe factũ in homines nõ vnius ſermonis,
quaſi fidei nõ perſpectę. Quare ad eũ ipſe ſcriptu
rus ſum ſimplicius. Latine em̃ tantũ loquar, niſi ſi
quid mihi imprudẽti mixobarbarũ exciderit. Q2
ſi (qua eſt ille cõtinentia ac probitate morũ) vere
tur ne hoc in iniuriã accepturus ſim, ſi frequẽtior
eſſe cœperit & familiarior apud meã Philologiã,
velim eũ certiorẽ factũ, me etſi ſim in eã tota cogi
tatione procliuis, ea tñ eſſe in hoc amore comita-
te, vt neminẽ participẽ ac ſociũ reſpuã, nedum eos
homines qui mihi propinquitate ſtirpis coniũcti
ſunt, & viciſſitudine officiorũ non mediocri. Phi-
lologia (vt noſti) in fide eſt & patrocinio Miner-
uę, & in Muſarũ clientela, quas Deas priſci nõ mo
do pudicas, ſed etiam numeris omnibus integrita
tis intactas eſſe cenſuerũt. Quę igitur inuidia eſt
cũ amicis quoq; meis illã & cũ optimo quoq; viro
conſueſcere, quũ nullius contaminari cõſuetudine
aut ſugillari poſſit? Ipſe adeo deterrimus hominũ
ſtudioſorũ eſſem, ſi eius familiaritatis vſum nega
rem aut inuiderẽ iis qui admitti ad eã per me po-
ſcũt, dũtaxat quatenus commode iis morẽ gerere
mihi & expedite licet. Siqdẽ vt omneis numeros

receſeam hominũ mihi benecupientiũ, nullibi tot legitime centuriatos inueniã, q̃ in ea cohorte millenaria, cui me literarũ profeſſio ſtudiũq; cõmendauit. Proinde mi Franciſce, quum te germanũq; tuũ Chriſtophorum, eã ingredi viã videã ineunte ætate, quã ipſe pręcipiti iam adoleſcentia nondũ ingreſſus eram, libentius nihil faciam tum indolis veſtrę, tum paternę beneuolentię merito, q̃ vos in hoc curſu ſtudii veſtri adhortabor, ac cũ ſeſe dederit occaſio, & cũ cõmodũ veſtrum meũq; ita tulerint, cõſilio, ope, doctrina, quãtula ſunt in me cũq;, iuuabo. Veſtrũ erit autẽ officiũ videre, ne iſti parentis indulgentię, & tẽporis opportunitati, egregiam alacritatẽ & voluntatem non accõmodaſſe ſero vos pœniteat. Q; ſi Draconis mei ętas & ingeniũ, in veſtrũ iſtũ decurſum feruorẽq; incidiſſet competenter, ac non iam longe ipſe a vobis relinqueretur, vna ego opa prodeſſe nonnũq̃ vobis illic potuiſſem. Et eũ tamẽ ſic quoq; ſpero, ſimulac vim ſentire æmulationis ingenuę cœperit, nõnullis æqualiũ anteuerſurũ, queis cũ erupit e carceribus. Neq; eñi vſqueadeo defectus eſt dotibus ingenii, vt non poſſit ſi adnitatur plauſum in curſu mereri: niſi aut iudicio meo impoſuerunt indolis lętę indicia vana & fallacia, aut mihi obrepſit cõii cienti fauor, in pignus meum propenſus. Saluta

mihi vtrunq; tuum parentem, & fratrem Christo phorum. Vale, καὶ διατέλει σπουδάζων περὶ τὰ ἑλλωϊκὰ γράμματα, σὺν ἀδελφῷ σου ἐμοὶ ἠγαπημένῳ. In Marliano meo, Pridie Calendas Octobris.

Gulielmus Budęus Christophoro Picarto. S.

VEreor vt vna epistola satisfacere expectationi tuæ possim: qui tot ad me epistolas epistolarum mearum flagitatrices scripsisti. Qua de re magnopere mihi anxio nihil potius in mentem venit, q̄ vt testarer valere id ad purgationem aut morę aut incuriæ debere (alterum enim non dubito te mihi vitio iam vertere, etiam si obiicere non audes) ꝙ tam diuersa atq; adeo auersa esse videtur conditionis meę atq; sortis ratio, ab ista vicissitudine epistolarū missitandarū, q̄ tui instituti ætatisq; ratio ad eam concertationē apposita est & opportuna. Nec em̄ minus icōmode a ꝓcuratione familiari, muneribusq; aliis huic meę sorti necessariis, auocare me possum, q̄ tu cōmodo tuo atq; animi causa incūbere toto pectore ad eā cogitationē potes, ita vt ex vsu studiorū tuorū ea futura sit exercitatio: qđ nō ꝑinde ipm in rē meā esse potest. In numerū etiā procedere excusationū potest, ꝙ scribendi alacritas, ingenii ostētādi industria prōpta & expedita, & omniū deniq; horarū

ſtilus,ita in me conſeneſcit in dies,vt in vobis ado
leſcẽtulis vegetatur & gliſcit.Nã qđ in hac ætate
aut labor eſt aut tędiũ,in iſto ætatulę feruore pa-
bulum eſt animi & alimentum:& æqualium æmu
latio in animo ſtrenuo & ipigro ſtimulus eſt acer
rimus,omnẽ ſenſum laboris adimens & defatiga-
tionis:animi affectio omnino improba,imperioſa
acerba exactrix operarum, operi ſemper inſtans.
Quæ nulla diligentia ita ſibi ſatiſfacit,vt non ſem
per ipſam ſui profectuſq; pœniteat. Cuius rei ex-
perimentum cepi vt ſi quiſq̃ hominũ ſtudioſorũ:
qui nullius vnq̃ mihi operę in feruore contẽtionis
(quæ diuturna fuit) vacationẽ remiſſionẽq; con
ceſſi,quã ſumma obire diligentia incumbenſq; in
tentio deberet,æquo ferme intertrimẽto patrimõ
nii atq; valetudinis.Auſim eñ me dicere ad extre
ma vſq; exempla vrgentis ſeſe contentionis pro-
ceſſiſſe,diuq; in iis perſeueraſſe: ſiue id æſtimãdũ
ſit ab animi habitu ſtudio literarũ deuotiſſimo,
externiſq; curis atq; in diuerſum abſtrahentibus
abdicato & vacanti : ita vt antiquiorem nullã cu-
piditatem habeat q̃ elegantiũ diſciplinarum: ſiue
a conſtantia propoſiti tenaciſſima,& ad extremũ
vſq; perferente,qđ ſuſcipiẽdũ duxerit.Quis enim
huius inſtituti vnq̃ retinentior fuit?Quis cũ certa
pernicie amantior literarum bonarũ? Qđ tamen

(vt verum ingenue fatear) non tam propositi ac consilii fuisse q̃ natalitię procliuitatis puto,quę instar in me quoddã necessitatis habuit. Nam alioquin qui fieri potuisset vt studium illud insanũ cõsertis digitis retinerem,cũ discrimine vitę? in eaqꝫ statione viuendi causas rationesqꝫ collocarem,quã mihi morbi ꝑpetui, ęgritudinisqꝫ animi inde manantis officinam esse non ignorabam? Præsertim cum omniũ medicorũ interdictis quibus cum cõsilia cõmunicaui,amicorũqꝫ iurgiis deductus,deiectusqꝫ sępe fuerim,minisqꝫ capitalibus absterritus & nequicq̃ repulsus.Sed scilicet Multa ferũt anni venientes cõmoda secũ, Multa recedẽtes adimũt. Impetus igitur ille cũ ætate ac noxa corporis paulatim relanguit,liberorũqꝫ examine succrescẽte cũ rarum quoqꝫ agmen securitatẽ illã animi egregia conscientia freti obruisset pene & extinxisset, nisi fatalis amor resurgens & existens in hunc me secessum quasi in portum recipere suasisset, vt ab illo tumultu me recrearem. Quoniam vero te amitine mi eximia indole prędítum cũ fratre primigenio video inter paucos,quos in secula ituros haud vana coniectura iudico (si tamen id fatum vobis Parcarum fusis inuolutum est,& vt Græci dicunt, ἐὰν τῷ θεῷ ὑμῖν ἐπικεκλωσμένον ᾖ, idest si Dei prouidẽtia tãdiu vos superstites esse, incolumesqꝫ

ſtatuerit:) libens hilariſq; nũc feci, vt vel œcono-
micis ruſticiſq; curis atq; etiã ſtudiis tãtũ ſuccide
rem tẽporis, vel vt inertię ac deſidię (cui iam me
pene dedi) hãc operã exprimerẽ, vt tuo deſiderio
ſatiſfacerem: aut certe pro parte obtemperarem.
Pudet enim me a te quaſi debiti officii identidem
appellari, apparitore etiam patre tuo, homine tũ
propinquo mihi, & multis nominibus neceſſario,
tum a puero ſemper amato, idq; eius merito. Cęte
rũ quoniã in literarũ tuarũ poſtulatis hoc quoq;
eſſe videtur vt gręce aliqd ad te ſcribã, latinę epi-
ſtolę calcem grecã habeto. εἰ μὲν οὖν ὦ Χριστόφορε
ἴσα μοι τοῖς παισὶν ἠγαπημένε τοῖς ἐμοῖς, σὺν ἀδελφῷ σου
φραγκίσκῳ, σύ γε τὰ αὐτὰ φρονῶν γε καὶ ποιῶν περὶ τῶν μα
θημάτων τῶν ἐλευθερίων διατελέσεις, τούς τε ἐπὶ λόγοις εὐ
δοκιμοῦντας ἄνδρας ἐπιμελῶς θεραπεύων καὶ διὰ τιμῆς
ἄγων, ἴσθι μὲν καὶ αὐτὸς πλουτῶν, τῶν ἐπὶ δυνάμει ταύ
τῃ ἐπιφανῶν εἷς ὑπάρξων, καὶ τῶν ἐπὶ δεινότητι τῆς φρά-
σεως καὶ λογιότητι πολυθρυλλήτων. ἐφ᾽ ᾧ τοὺς γονέας δῆθεν
καὶ συγγενεῖς γεγηθότας καὶ περιχαρεῖς ἀποφανεῖς. εἰ δέ γε καὶ
μείζονός σε προσδεῖσθαι παραινέσεως ἡγούμην, οὐκ ἂν λόγων
ἐφεισάμην ἕνεκά γε τῶν ἀκονησόντων τὴν ψυχήν σου εἰς τὴν
φιλοπονίαν ταύτην. νῦν δὲ καὶ τάδε ὑπολαμβάνων ὑπερίκα
να εἶναι μειρακίσκῳ γε δὴ φιλοσπούδῳ τε καὶ πρὸς τὰς παι
δείας τὰς καλλίστας ἀναπεπτασμένως διακειμένῳ, ἐνταῦθα
διαλήξω τῆς ἐπιστολῆς. Vale. E Marliano noſtro.

Gulielmus Budęus Draconi Filio. S.

ETsi mihi ocii parū erat ad scribendū in hac vrbe, in hoc tempore, in hac concursatione, multęq; mihi simul scribendæ sunt ad amicos necessariosq; epistolę, aliosq; non ita valde familiares: epistolę tuę tamen heri super cœnā acceptæ negare non potui id qđ tu me poscebas ambitiosule & suppliciter: vt iterū ad te scriberem. Quod igitur epistolam vnā flagitas eiuscemodi quæ tibi hortamento esse possit & inuitamēto acri & vehemēti ad literas latinas elegāteisq; iusto studio capessendas & amplectendas, id vero mihi gratū per (inquā) gratū fuit. Nulla enim re magis cōmendare se ętatula tua mihi aliisq; (vt opinor) potest, q̄ indole certa & conspicua doctrinę honestatisq; amorem acrem prę se ferente atq; admiratione nō mediocrem. Ad id vero studiū tacente me nec admonente aut literis, aut sermone, excitare te paterna ęmulatio atq; extimulare potuit: vt si queq̄ alium aut in hoc nostro cęlo, aut in extero natum & educatum. Etenim in pręcipiti iam ista pueritia anticipatione quadam sensus cōmunis ita præditū te video, vt animaduertere nōnulla possis quę ineunte demū adolescentia ab iis percipiuntur quibus crassiore temperatura mentis esse contigit. Quare cum me videas vehemēti literarum amore, me-

diocri earũ cognitione,in aliquo apud noſtros homines eſſe nomine atq; opinione,apud etiã primores ordines cõmendatum & gratioſum,hominem alioqui nec magiſtratu,nec opibus, nec aulico obſequio,nec ciuili induſtria,nec hominum prępotẽtium obſeruantia prędítũ,aut alia quauis arte inſtructum,qua mihi fortunã fingere potuerim,aut imagines familię iam fumoſas,quod quidẽ ad me pertinet,detergere(harũ enim rerum ſenſum pro ętatis captu ſatis te ſcio pepuliſſe:) nõ magnopere adhortatione aut ſcripta aut ore prolata egere mihi videre.Quare coram ipſe raro ſic agere tecũ ſoleo:vtpote qui intelligã id eſſe ingeniũ honeſtarum mentiũ,vt re magis & exemplo adducantur q̃ verbo & pręceptis.Q; niſi igniculi huius amoris,quos in te natura ſatis felix (niſi fallor) ingenuit:paternis aliiſq; huius ętatis exemplis quaſi fomitibus rapaciſſimis admoti,excitati fuerit & inflãmati ad eandẽ contentionẽ,ne clamoſę quidem aut meę,aut pręceptoris obiurgationes,quaſi quidã buccarũ folles,conſopitã incuria naturã exuſcitare poterũt, teporẽq; ſtudii in feruorem vertere. Quanto autẽ tibi omnia proniora ſint, inſtructiora,vberiora,atq; expeditiora,ad ſtudiorũ iſtud ſtadiũ percurrendũ,qđ literarũ humaniorũ manſuetiorũq; muſarũ nomine cenſetur atq; omine,q̃ mi

hi olim fuerint, inire rationẽ poteris, si aĩaduerte-
ris adolescẽtiã tuã in ea tẽpora icursurã (si tibi in-
columi viuere licuerit, nec infirma valetudine) cũ
literę hę nitidiores ĩstauratę plane erũt & cõstitu-
tę: & cũ grecã linguã latinę altricẽ atq; adornatri-
cẽ, hũano generi restitutã nemo inficias ibit: vt q-
dẽ studiosorũ hoĩm industriã videmus incredibili
nũc labore, cura, cõcertatione ad eũ finẽ incũbere.
Accedit librorũ ãtiquorũ recẽtiũq; copia vel inopi-
parabilis, atq; in triuiis pene exposita, qui meo tẽ-
pore rari grãdi ęre permutabantur. Iam vero prę-
ceptorem mihi tam neutra habere lingua & vide-
re contigit nedum audire, ne condiscipulum qui-
dẽ, q̃ tu eo nomine fortunatus esse potes atq; ad-
miniculatissimus. Ita cum his aliisq; cõmodis toti-
dem opponere incõmoda mea possim, & altrinse-
cus sistere huius ętatis felicitatem illius seculi intẽ-
pestiuitati: super omnia est tamen, q̃ vt patrẽ ha-
bui sane copiosum & mihi indulgẽtem, ita ab hoc
studio primũ me distinentem imperatis aliis ope-
ris, de industriaq; reuellentẽ: deinde etiam ob id sę-
pe offensionem denũciãtẽ, nisi moderatius animo
obsequerer libris agglutinato: quum tibi viceuer-
sa pręmonstrator curriculi, prępitor, manuq; inter-
dũ ductor & cõfirmator, nedũ dissuasor fuerim &
auocator. Et qđ tũ vnus in patria & verecunde &

ꝓpe cũ diſpẽdio famę nõ modo facultatũ ſuſcepi (vt erat tũ ſenſus hoĩm de re cis Alpes inuſitata) tu ſine ignominia in tã flagrãti prope oĩm ſtudio nõ amplecti nõ poſſis, cõſertiſq; manib9 retinere, quoad ego vixero, & ratio tuẽdę tibi vitę eodẽ nõ inuita ſpectarit. Proinde etiã tibi etiãq; videdũ eſt ſummaq; animi cõtẽtione ꝓuidẽdũ, ne id in te dedecus admittas: vt nec tibi parẽs, nec occaſio, ſed tute ipſe tibi defuiſſe videare, immo ne te degenerẽ prolẽ a meoq; ingenio iudicioq; abhorrentẽ homines olim cognati, amici, atq; alieni exiſtimẽt, q vitę meę inſtitutũ ductũq; nõ ignorarunt. Quoto autẽ cuiq; ignota eſſe poſſunt quę monimẽtis cõteſtata ſunt in publicũ ꝓlatis, in dieſq; ꝓuulgatioribus? Porro autẽ cũ ita naturę ordo tulerit & arbitriũ ꝓuidẽtię, vt iter multos liberos tu matri primigenius partus eſſes, & mihi hęres potiſſim9 patrimonii nõ luculẽti: hãc de te ſpẽ cõceptã habeo, ac ꝓpe exploratã (fidẽ.n. mihi indolis tuę notę q̃dã fecerũt in functiũculis vitę puerilis impreſſę) primigenia vt laturus ſis, & p̃cipuũ ętatis iter fratres, & vt gręci vocãt τὰ πρωτοτόκια καὶ πρεσβεῖα, nõ i aſſe hęreditatis meę q ex vncia paterna enatus eſt: ſed in Aſſe illo ampliore quẽ ego tibi fratribuſq; peperi dieb9 permultis noctibuſq; cõceptũ, Lucina huius partus non Iouis coniuge ſed filia.

Simul in aliis rebus quę huic hęreditati accedent si vita mihi suppetet cũ prosperitate valetudinis. Siquidem nuper in spem veni atq; meditationem augendi vobis huius patrimonii : ita vt nihil magis optem q̃ detrimentũ sarcire biennio iam acceptum in hac rationũ mearum parte. Ad hoc autẽ placato mihi propitiatoq; opus est Mercurio, non illo quidem fori negociãtiũq; pręside, sed strenue actuoseq; in schola ociantium, nec sensus & facultatũ amplificatore, sed nominis & insigniũ animi. Nec tamen cũ hæc scriberem, hoc tibi exprimere volebam & extundere, vt tu ad præsentem animi alacritatem ad studiiq; contentionẽ magnũ quippiam adiiceres, quasiq; impetũ conduplicares, sed istum tuum animũ quem vel absens ex literis tuis agnosco, e longinquoq; cerno, confirmandum esse duxi tuendũq;, & velut monitis adminiculãdũ ętatulę accõmodatis. Magis enim id operępreciũ fore censui, q̃ si pro viribus & ętatis modulis contẽdenti stimulos acriores intentarem, aut calcar durius admouerem, quando sponte currentem vociferatione vrgere superuacaneũ esse puto, nec satis liberale. Quin & virium paulo infirmiorum rationem habere te iubeo, vicissimq; vt fert ętas lusitãdo animũ corpusq; vegetare. Ex cõsuetudine etiã vitę, sermonis, & conuictus, hominũq; elegantium

obseruatione,cultiorē,vrbaniorem, expolitūq; vi-
deri te velim:vt summopere cures, quantū quidē
in hac ętate licebit,pręimbui lepore & elegātia ci
uili,morūq; suauitate,siue inter doctos homines,si
ue inter ignaros literarum versabere. Nam cū fe-
re semper ita & natura & moribus comparatum
fuit,tum hoc idem fert impensius temporis huius
vsus & sensus:vt & adolescētia & iuuentus,nō mi
nus certa quadā vrbanaq; palęstra,in sermone, ha
bitu,gestu,omnifarioq; affectu corporis enitente,
cōmendare sese possint inter primores & medio-
cres,opinionisq; & famæ fauorē emereri, q̄ nuda,
vmbratili,rusticulaq; doctrina etiā non mediocri.
Ipse vero expertus sum ætate iam prope inflexili,
ingenioq; iā ęgre ad insolita nouaq; versatili, q̄ se-
rū sit & intēpestiuum,ac fortasse ineptum, mores
in celebritate hominū interpolare, quasiq; incudi
redditū hominem aut conflatum,ad exemplar de
nuo effingere vel afformare pręsentis seculi & in-
stituti.Horū igitur Draco admonitū te oportuit
quo magis a teneris(vt aiunt)vnguiculis cū lite-
rarum studio,etiam inseruire decentię morū deco
roq; vrbanitatis ac ciuilitatis assuescas, honestūq;
illud populare ac gratiosum doctrinę accōmoda-
re.En tibi qđ petiisti,vt opinor,etiā cum auctario.
Vale. & Mainū pręceptorem tuū verbis meis sa-

ſuta. Quē te volo ipſum iuſta diſcipuli obſeruātiā cultuq; venerari. Monſpeſſuli. octauo Idus Maias.

Gulielmus Budęus Io. Pe. Sal.

STatuere vix poſſum tua ne induſtria an mea procraſtinatiōe atq; inertia fiat, multis vt partibus plureis tu epiſtolas ad me, q̄ ego ad te dederim, iam inde ex quo conſtitutam nos habuimus amicitiam, familiaritatē, conſuetudinēq; iugem illā quidem teneris ab annis fundatā, propinquitate deuinctā, ſtudiorum etiā nunc pene cōmunitate roboratā & confirmatā. Tametſi meminiſſe te opinor q̄ diſſimilis mei fuerim anno ſuperiore cū eſſem in Gallia Narbonēſi: ideſt q̄ ſedulo a me factū ſit ne quid huiuſce officii a me prętermiſſum eſſe videretur: vt qui alternis diebus propemodū ſcriberē per excurſores regios & armillatos. Vbi ſi diutius eſſe mihi ocioſo per exitum Legationis opportuniorē licuiſſet: nimirū vt eram tū animatus, omnia pene reliqua quæ hoc nomine traxi, diſſoluiſſem plane & expunxiſſem. Id quoniā non eſt factū, exorādum te habeo, meis vt occupationib9 expectationem accōmodes atq; patiētiam, quoad aliquid confecero ocii plenioris, vnde paria tandē cū tuis rationibus faciā, redditaq; acceptis ęquē. Magna vero ipſe me & iucunda expectatione impleuiſti de eo quod certiorem me feciſti, quā tibi

operam ille propinquus meus nauarit in ea re quã curatam ab eo volebamus. Vtinã omnia ex senten tia. Certe si bene noui hominem, vt nouisse me exi stimo: honesta ambitione ducitur, vt qui maxime: emererique bonorũ & grauiũ gratiam mire cupit cũ alias, tum etiam vt propinquis industriam suã fortunãque approbet. Qui ad eam ipsi contentionẽ hominẽ cohortamur, gratiam vt inire solidã ac ve rã ab optimo quoque existimatissimoque laboret cõ mendatione famę, specie quidem illa non inani cõ parata, sed certis documentis testata & consigna ta. Is cũ singulari ingenio solertiaque prędictus sit: tũ est etiam in illa acrimonię officina ita politus, ita in ea palęstra exercitatus; omneis vt flexus & pre hensiunculas hominũ, supplantandique artificia no uerit, numeros omneis impetuũ excipiendorũ elu ctandorũque nexuum memoriter teneat: omnia de nique dictata summorũ magistrorũ comprehende rit. Alioquin etiã ipse gratiosus inter omnes eius instituti ordines, ob promerendi facilitatẽ, nõ tam passim q̃ opportune, atque; etiam cũ rerũ, temporũ, personarũ delectu. Accedit harũ rerũ ornamentũ, sermonis lepos vrbanitasque lauta & elegans, ac si ne loquacitate facũda. Omnino si nosse hominem cœperis, dices genium habere illũ ad eam sectam vitę. Scribam ad eũ breui, vt intelligat q̃ gratũ mi

hi tibiq; sit id qđ hactenus fecit. Q᷑q̃ in ea re vt nihil mihi pene vẽdico, qui paucis ad eũ scripserim: sic non esse puto qđ magnopere mihi ipse imputet, quẽ certo scio operã tibi magis, q̃ mihi pręstare voluisse. Diui approbẽt qđ ille inceptauit. Vale.

Gulielmus Budęus Ioanni Picarto. S.P.D.

TAntę tibi curę rerũ esse mearũ summam video, vt ad singula momenta rerũq; inclinationes oculos aureisq; circumagas, ad omnem auram spei animũ erectũ habeas, mihi mox quippiam vt boni aut ore festiuo aut literis iucũdioribus nuncies. Quẽ animi tui affectũ in epistolis tuis expressum ita agnosco, atq; si trans tua pręcordia introspicere mihi datũ esset quid intus sit cõditũ. Quare etsi in eum gradũ constantię euasisse me spero, post multa incõmoda in quibus aliquãtisper cum fortuna sum conflictatus: vt iam mihi longius circũspectare non necesse sit, q̃ quãtũ fines patrimonii mei patent: nõ leuiter tamen me pepulit lętum istud augurium, qđ extemplo acceptum gestiens ad me detulisti. Non q̃ ad rationũ mearum cõstitutionẽ, aut illud, aut aliud huiusmodi, & ab ea caeli parte captũ, pertinere posse putẽ: sed verę germanęq; amicitię imaginẽ in te mihi amitino, exosculor & amplector. In tuẽda vero amicitia nostra nõ illa quidem generis propinquitate tam consti-

tuta & confirmata, q̄ eximia quadã beneuolentia, familiaritatisq; necessitudine, non vsu sed iudicio, nec cõsuetudine, sed delectu cõtracta :) vt non ausim ipse dicere ex ęquo me tibi exhibitione officii humanitatisq; respondere, gratificandiq; comitate opportuna atq; insonte: ita suppuderet me fateri tecum paria non facere in vicissitudine charitatis quę corde quidẽ ipsa non ore, nõ verbo, sed voluntate pręstatur & repẽditur. Cuius rei etsi fidei satis tibi argumentis factũ esse documentisq; haud obscuris confido, qui nil te rerũ mearũ celare solitus sim, quas quidẽ certe ius amicitię iuratissimę cõmunicãdas esse sanciat & pręscribat: tamẽ quo impendio magis fiduciã tuã cõfirmẽ, opinionẽq; aliis faciã, quę nulla vel ætate obliterari vel suspicione labefactari possit, certum est mihi pignus quoddã tibi dare haud impar ipsi fidei. Siqdẽ amicitię nostrę testimoniũ literis meis consignatum, posteritatis memorię mandare constitui, nisi quid mihi interim acciderit: inter eaq; monumenta consecrare (qualia erunt cũq;) quibus in ipsis incidã vtcũq; memoriã cultarum a me amicitiarũ. Vnde olim fortasse tui meiq; nepotes exolescente cognatione, coniũctionis tamen animorũ mẽtionem instaurabunt, & tanq̄ tesseras amicitiæ repetent & agnoscent in multas ætates perennaturas. Nam

Frãciſcus & Chriſtophorus tui,cũ meo vtiq; Dra cone & Gulielmo,traditam a nobis colent per mã nus amicitiam,ab ineuntibus ipſam ætatulis coa/ litam,noſtręq; (vt opinor) æmulam & ſupparẽ. Proinde qua de re ad me ſcribis,amice me admo/ nens ne iacere in obliuione ſinã id qđ a te repetii, de ea re per me licebit in oculũ vtrũuis (qđ dici/ tur)vt dormias:nam id accuratũ tibi reddam pri mo quoq; tẽpore ſi ſemel retractauero, quę mihi antiquiſſima nũc eſt cura:tametſi multa me circũ ſtant inceptata otio meo imminẽtia,manũq; mihi iniiciũt ſtilo ſuperſedenti. Reliqua mox coram vt ſpero,ideſt poſt natalem naturę noſtrę reuiuiſcen tis,quam Paſcham appellamus. Audiui de Maino liberos tuos iam meliuſcule ac prope confirmata eſſe valetudine,qđ vt mihi fuit iucundum, ita ex aduerſo pene flebile, ꝗ eo die primũ reſciui fra/ trem meum & nonnullos meos neceſſarios gra/ uiter ægrotare, cum interim tres nuncios ab vr/ be habuerim.Saluta mihi Franciſcum & Chriſto phorum, cum prius matrem ſalutaueris. Literis Chriſtophori nunc non vacat vt reſcribam.Vale. E Marliano meo.Sexto Calend.Martias.

Gulielmus Budęus Ludouico Viui Salu.

LIteras vnas accepi tuas Calendis Decembribus scriptas: alteras Pridie Calend. Apriles. Præterea nullas ab eo quidē tēpore. Quare nolim vt mihi succenseas si expectationi tuę nō satisfeci. Posterioribus literis fateor me iure a te taxatum, qui in lōga satis epistola omnia potius scripserim q̄ id qđ maxime cupiebas. In causa fuit, ꝙ cum in promptu non haberem quid ea de re censerem de qua tu me sententiam rogabas, id argumentū scribendi non libēs arripui. Ipse vero ne nūc quidem habeo quid dignū expectatione tua scribam, nisi in sententiā tuam pedibus eam. Sed verebar ne id tu non tā iudicii q̄ caussificationis atq; inertię esse interpretarere. Itaq; cum aliud animo stiloq; tum agitarem, vel id memoria mihi excidit, vel eo additamento extendere epistolę magnitudinē iustā noluí, qđ mihi non satisfacturū postulationi tuæ videbatur. Nunc quādo iterum appellor, necesse est vt dicam qđ sentio. ἦν τὸ ἀπόρημα τὸ σὸν περὶ τοῦ ὑποθέσεώς τινος ἢ ἀφορμῆς οὐ τῆς τυχούσης λαβέσθαι, εἰς τὸ ἔλεγχόν τινα καὶ ἐπίδειγμα δοῦναι τῆς εὐφυΐας τῆς σῆς. ἐν τοῖς καλλίστοις τε καὶ σπουδαίοις τῶν λόγων ἐξησκημένης. ὑποκεῖτο δὲ μάλιστά σοι ὁποῖόν τι τὸ γένος εἰς τοῦτο εἴη ἐπιτήδειον. εἰ γὰρ τῶν τυχόντων τινὸς ἅψαιο καὶ τῶν λεπτολογημάτων, ῥᾳδίως μὲν ἂν μεταχειρίσασθαι ἐδόκεις, οὐκ ἀξιεπαίνετον δ' ἔφης ἔσεσθαι. εἰ δέ τι τῶν προὔργου ἀνέλοιο,

τοῦτο δὴ πρὸς τῷ πολλά σοι πράγματα παρασχεῖν, καὶ οὐκ
ἂν ἀποβῆναί γε εἰς προκειμένην σοι δόξαν, διὰ τὸ πολὺ
τὸ δυσχερὲς τῶν διορθωθησομένων. οὕτω γὰρ εἶναι τά τε
τῶν νεωτέρων φιλοσόφων τε καὶ θεολόγων, διεφθαρμένα,
ὥς τε καὶ ἧττον εἶναι ταῦτα ἀνανεώσασθαι δυσχερὲς, ἢ ἐπα-
νορθοῦσθαι κεκαλλιεπημένως. Ταῦτα μὲν οὖν οὕτω σοι σχε-
δὸν διηκριγῆσθαι ἔοικε. περὶ ὧν ἀνάγκη μοι ὡς οἶμαι αἰτουμένου
σου φίλου τὴν γνώμην ἀποφαίνεσθαι τὴν ἐμήν. αὕτη δὲ ἐστὶν
ὅμοια σχεδὸν φρονοῦσα τῇ σῇ περὶ τοῦ πράγματος ὅλου. τὰ
γάρ τοι μὴ καλῶς κείμενα ἤτοι μεθαρμόσαι δεῖ ὁλοσχερῶς, ἢ
μηδὲ χώραν ἔχειν ἐᾶν, ἐπεὶ ἢν τοῦτο μὴ ἐπιρρυθμίσῃς, τοῦτο δ' οὖν,
οὐκ ἂν φθάνοις τῆς δόξης τοῦ εὑρέματος ἀποστερηθεὶς. ὁπότε
ἐγχειρῶν τῷ παραχρῆμα τοῖς ἐγκαταλελειμμένοις ὑπό σου,
τήν τε μνήμην ἐξαλείψας τῶν ἐπηνωρθωμένων σοι, καὶ δό-
ξαν δὴ πᾶσαν τελευτῶν κομιεῖται παντὸς τοῦ κατορθώμα-
τος. ὅπερ ἔγωγε ἤδη πέπονθα ἐν πολλοῖς, ὑπὸ τῶν προσεπιση-
μειωσαμένων εἰς τὰ τῶν πανδεκτῶν δυσνόητα τοῖς πολ-
λοῖς. εἰ οὖν χρῷο μοι συμβούλῳ, μᾶλλον ἂν σύ γε ἕλοιο τῶν
πραγμάτων μὴ ἅπτεσθαι ἐξ ἀρχῆς τῶν μὴ πάντη ἐξόντων
τῇ φιλοπονίᾳ τῇ σῇ, ἢ ταῦτα ἡμιτελῆ καταλιμπάνειν,
οἱονεὶ προωδοπεποιημένα τῇ τῶν διαδεξομένων τὸ ἔργον
εὐδοκιμήσει, ὥσπερ ἐμοὶ συνέβη. τοιαῦτα μέντοι ὡς ἔοικεν
ἐπιτηδεύειν βέλτιον, ὧν σύ γε ἐλπίζοις ἂν εὐμεταχείριστόν
σοι τὴν διέξοδον ἔσεσθαι. τὸ μὴν οὐδὲ ἂν ἔν σοι σχεδὸν τῶν
περὶ τὰ θεολογούμενά τε καὶ φιλοσοφούμενα ἀνέφικτον εἴη,
δεινῶς γε δὴ τὸ ἀκριβῶς φιλοπονοῦντι περὶ τὴν καλλιλο-

γίαν, εἶτα δὲ τὸ ἐπίφθονον δέδιας, καὶ τὸ ἐπαχθὲς βαρύνῃ τοῦ πράγματος, διὰ τουτουσὶ τοὺς φιλαιτίους τοῖς ἀμφοτέροις ἐχθρούς, οἵτινες εἰώθασιν ἐπιφῦναι ἀθρόοι τε καὶ χαλεποὶ τοῖς καινοτομοῦσιν ἢ τολμήσασι, πῶς ἂν γενναῖος εἶναι σὺ δοκοίης τὸν θυμόν, ὁ δ' αὐτὸς συνέπειν τοῦ ἐράσμου σου, ὃς πρῶτος καὶ μόνος ἀνελέσθαι τε καὶ ὑπομεῖναι τὸν φθόνον οὐκ ηὐλαβήθη. καὶ τοῦτό γε ποιῶν διατελεῖ νεανικῶς τε καὶ ἀτάκτως. ἡ δὴ αὐτοῦ προθυμία τε καὶ γενναιότης χειροηθεστέρους ἤδη τοὺς θηριώδεις αὐτῶν παρεσκεύασε, μίμησαι δὴ τὸν ἄνδρα, καὶ αὐτὸς ἐν μέρει τοῖς τῶν σπουδαίων λόγων ἐφιεμένοις ἐνδείνυσθαι παρασκευάζου. Qđ de Hermano & Declamationibus ſcribis, hoc quid ſit nondum reſciui. Aeſtatem hic acturus ſum: ſed ſæpe in vrbem commeare mihi neceſſe ob negocia etiã litigioſa: ne tu me verſari alto in ocio putes. Breui Epiſtolas & opuſculum editurus ſum, vt homines flagitanteis quaſi creditores inſtantiores dimittam. Apud Oratorem ἐν τῷ περὶ εἰρήνης προοιμίῳ, recte legitur, in hanc ferme ſententiam. Primũ quidem video res huius temporis magna difficultate implicatas eſſe atq; turbulentia: non ob id tm̄ ꝙ multa ita proiecta ſint & derelicta, nullum iam vt ſit operęprecium recte de iis cenſere, ſed etiã ꝙ de cæteris is pene ſit ſenſus hominum, vt ne de vnica re tm̄ inter omnes conueniat quid ſit factu optimum: ſed vt huic hoc modo, illi alio con-

ducibile esse videatur. προέσθαι & προεῖσθαι verba sunt apud eum aliosq; oratores frequentia. Ipse infra hac eadem oratione. καὶ τὰ προοίμια ἔσται βελτίω. Λυσίας. ὅτι ἡμῖν οὐδὲν προεῖνται τῶν σφετέρων αὐτῶν nihil dilargiuntur. προΐεμαι προεῖμαι, vt τίθεμαι. Apud Aristotelem ἐν τῷ περὶ ἑρμηνείας, locus obscurissimus sic, vt opinor, intelligẽdus. λόγος δὲ ἐστὶν αὐτοῦ, τὰ μὲν, ἄλλα κατὰ τὰ αὐτά, ὅτι δὲ μετὰ τοῦ ἐστὶν, ἢ ἦν, ἢ ἔσται οὐκ ἀληθεύει, ἢ ψεύδεται. Eadem inqt est definitio (sic enim λόγον vsurpare solet Aristoteles) casus nominis quæ & recti est. hoc est eadem Philonis quæ est Philon. Vt enim nomen est φωνὴ σημαντικὴ κατὰ συνθήκην ἄνευ χρόνου, sic etiam casuũ eius cæteris in omnibus ea est definitio. Hoc tãtũ excepto, ꝙ cum tribus temporibus substantiui verbi iunctum nondum perfectam enunciationem facit. Neq; enim aut verũ aut falsum est enũciatum Φίλωνός ἐστιν, nisi aliud addatur. Est autem κατὰ τὰ αὐτὰ Attice, idem qđ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον. En tibi ad vtranq; epistolam, qđ citius habuisses si organum hic Aristotelis habuissem. Gratulor tibi mirificum & plaudendum in rhetoricis profectum, cuius fidem mihi fecit Erasmus. E Marliano nostro. Nono Calend. Maias.

Gulielmus Budęus Germano
Brixio. S.

AN tu tandē inescator hominū? tędiū mihi ruris leuare voluisti? en tibi: accipe ad literas tuas haud ita valde ipsas circūspectas, vt elegāteis & eruditas: vt iā ego planū faciam. Primū qđ scribis procul me a mari piscosisq; amnibus habitare ob idq; iudicas nō posse ꝑgrādibus istis piscibus vesci & abūdare, quorū vobis copia est in vrbe ieiunia agitātibus: nū istis tute me duci reris epulis, quę nō nisi magno emūtur, condiūtur magno & struūtur, ęgre etiā cōcoquūtur? Quasi vero ī vrbe domiq; meæ elitare huiuscemodi solitus sim: nisi quū lautioribus mensis (qđ nō libēs facio) numerū parasitorū augeo. Meministi (vt opinor) q̄ raro apud te hominē mihi amicū, amicorū cōmunitate studiorūq; cōiūctū, grauate & fastidiose consuerim ꝓmittere: haud aliā ferme ob causam, q̄ qꝛ cōuiuator iā ꝓpemodū luxuriosus factus es: eoq; noie in collegio vestro Canonico gratiose famigeratus. Qui nūerū nullū statū legitimūq; obserues in vocādis cōuiuis: nō vices cōuiuasq; alternes ciuili frugalitate: nullū pene modū teneas apparat⁹ & ferculoꝝ: quasi legibus sumptuariis sodalitiisq; solutus. Sic vero sum oino: certa oia magis & modica q̄ grādia & ancipitia q̄ro. At tu cōuiuia exerces iā dubia: ad q̄ nōnulli fortasse simpliciores ꝓmittere grauentur omine deterriti, ne impransi

ipſis tandē abeundū ſit. Ac tanq̄ ad corollaria vo-
caris, adiiciales epulas conuiuis tuis apponis ęmu
las Pontificaliū. Neq; vero ſi me aliquantū atten-
tiorē eſſe ad munera menſę animaduertiſti, cibiq;
largiuſculi (habeo.n. fere ſtatutis horis recte con-
ſtitutam iuſtāq; cibi appetentiā) idcirco etiā ligu
ritorem exiſtimare debuiſti: ac delectū habentē in
ter belliſſima quæq; fercula. Quippe qui in dubiis
tuis prandiis partes ſolitus ſis mihi (quas Græci
μοίρας μερίδας q; vocant) in quadra cumulare: pul-
pamētaq; lectiſſima obtrudere inuito, ex eo gene-
re decerpta, qđ e vico cupediario petitur. Cū inte
rim ego fame abuti i bubula, veruecina, vitulinaq;
gaudeam. Qui etiā cauſa mea aliquādo inter aſſa,
vncta, condita, primariiq; saporis eſculēta, pręgrā
de pectus vituli molli cartilagine interſerueris. In
quo ego prādium conſumpſi quādo per te licuit,
ſed intacta a me fercula auferri non ſinebas. Certe
quidē ex eorū numero eſſe me nō exiſtimas, qui lā
guentē famē moliri aut intendere eduliū rerū va-
rietate ſtudēt, opſodędalorūq; opificiis. Neq; hūc
meū morem nō facile tibi approbo, vt opinor: qui
cū profuſus pene ſis cōuiuator & anxius, nec mo-
roſus tamen es cōuiua nec pręlicatus. At etiam
homo religioſus vno mēſe factus, religiōis me im-
plere voluiſti, tanq̄ iſtic q̄ hic plenius & cōmodius

officiis fungi pietatis, muniaq; obire innocentius possim ad religionẽ tuendã pertinentia. Quasi vero ista quibus tu me inescare contendisti: (vt tuo verbo vtar) nõ ad palatũ magis q̃ ad stomachum faciant: aut ad ieiuniũ magis q̃ tripudiũ apposita sint. Scilicet decumanũ hoc ieiunium & quadragenarium ad ganeę cultũ, distentionemq; alui & ventriculi, nõ ad tenuandos adipes institutũ est exinaniendaq; intestina, idest ad cupidinis alimentũ, fomitẽq; voluptatis circũcidendum. Obsecro te Brixi, liceat mihi per te stomacho meo seruire & palato, quod pene iã ipsum vel obstupuit, vel occalluit ad istas vestras lautitias mensæ, Sybariticasq; delitias. Licebit per me vicissim vt vos belli homines atq; vrbani, genium vestrũ curetis molliter & indulgẽter, interim dũ ipse cum meo belligero. Ego enim si forte nescis, hic annuã catechesim tanq̃ in vestibulo philosophiæ facio: vt experiar & probẽ ecquid tolerandę esse possit abstinẽtię istarũ rerũ animus delitiis ineducatus. Itaq; desine hanc mihi rusticanam vitam, vel inuidere, vel obiicere, tanq̃ sordide mihi hoc tẽpore viuendum sit in loco deuio, & procul omni mercatu: aut cedo quẽuis arbitrum, vel eum ipsum si libet manticularium Franciscalem, cuius tu doctrinam & facũdiam magnopere verbis effers. Sponsionem enim tecũ eo iudi

ce faciam,ni ciuilis hic victus, quo me ruri quoq;
vti arbitror,propior est ieiunio ac magis consen-
taneus,q̃ iste tuus vrbicus atq; etiã Põtificius.Cũ
autẽ ista me in vniuersum affluentiora nõ iuuant,
quę sordes exprobrare vidẽtur antiquę frugalita-
ti,tum etiam huic meę sententiæ accedit, q; pene
anno vertente satietatẽ ac fastidium discutere nõ-
dum potui anni superioris, quum ipse grãdibus,
vastis,variis piscibus secũdum ripas Rhodani sa-
ginatus sum:prope vt nũc etiam mihi ructare vi-
dear tursiões,alosas,porculos marinos, rhumbos,
lũbricos,mugiles,lupos fluuiatiles, omninoq; pri-
mę auctoritatis pisces ingẽtes,mediocres,paruos
quorũ si noia me posceres, nomenculator quispiã
mihi opus esset ex priscorũ numero,qui latine sug
gereret.Cæterum in suo quosq; genere laudatissi-
mos,marinos,fluuiatiles,lacustres,& e stagnis pe-
titos,elixos,tostos,inassatos,frictos,operi pistorio
incoctos,atq; hos a cocorũ primoribus conditos,
cibus lenociniis popinarũ cõcinnatos & adorna-
tos.Huc adde maiorũ lãcium accessiones:quasiq;
iustorũ ferculorũ asseclas catinos interiectos,qui-
bus scilicet grandiores epulę distinguuntur,minu
talia,fartilia,e lactibus ouisq; piscium esculẽta con
fecta, alicas saccharatas & intritas, pultes e nuce
pinea,sorbitiones suauissimas,argumẽtaq; omnia

ſplendidiorum regiarũq; menſarum,longo ordine extructa,mirifice cõcinnata,gulę torpentis inuita mẽta:deniq; omnes iuris culinarii ſpecies, quibus opſodędalorũ mancipes artem pręcipue nũc vendităt.Aeſtima tecũ pauliſper q̃ mihi expleri his rebus licuerit:quum igne eodẽ aquaq; (vt dicitur) eadẽ vterer cũ amorib9 & delitiis ſummi illius decurionis.Qui vt erat ipſe accenſus interioris aulę, ſanctioriſq; cubiculi arcanorũ arbiter, oculi item & aures Regis,prępollens gratia flagrantiſſima: ita tum inter comites habuit legationiſq; ornamẽtum,quos ei deligere viſum eſt ex omni ordine aulici miniſterii & comitatus regii. Porro autem cũ paſſim pernotuiſſet eo ipſum eſſe loco numeroq; apud Principem,vel numeris potius omnibus ita exemptum,interq; gratioſos eximiũ,vt facile atq; adeo animi cũ ęquitate oẽs ei cederent:(& erat ille alioquin ingenua probitate cõmendatus apud omnes)quacũq; iter fecit,certatim & cupide vnũquẽq; nobiliſſimorũ & prędiuitũ accolarũ(quorũ bona pars in ei9 erat comitatu:)facere videbam9 vt eũ eiuſq; comites iteriores acciperẽt ꝓfuſa quadã ambitioſaq; ſolertia. Quo ĩ certamine nullũ nõ genus ſcitamẽti culinarii: nullũ nõ eſt ſpecimẽ editũ artis opſodędalicę atq; popinatricis.Neſcires artẽ magis,an copiã admirarere. Quare cũ ide far

tili mihi & saginato redire cõtigerit, ac redundãti stomacho: q̃ tãdẽ inuidia est in hoc me nũc secessu tanq̃ expiatorio extenuare, vti solent aucupes venatores saginam accipitrum exinanire in auiario contractã dum deplumescũt, detractione cibi: stupeisq; inuolucris caruncula prętectis eorum famẽ ludificari? Atqui pręclarũ id mihi preciũq; operę fore censebam, si earum rerum inediam hoc anno compensarem cũ illa redundantia, & veluti stomachum meũ lustrarem ab illa cõtagione luxus. Sed mihi propositũ tenere non licitum est per amicos vrbanos, qui inuito & reclamanti munera missitant eiuscemodi, vt me solertioris coci desiderium sentire coegerint, qđ ante non contigerat: quũ ipse alioqui cetariis, salsamentis, salmone muriatico, & salgamis refertam penũ haberẽ, omniq; genere earum rerũ quibus huius temporis secundę mensæ constant, prandiiq; pręludia. Tum etiã quę in vsu sunt tragemata serotina, abunde huc importanda curarã, & asseruãda. Nec plus tria millia passuum absum a pago valde frequenti (cuiusmodi Gręci appellãt Comopoleis:) in via militari sito: in quo mercatus est quotidianus pisciũ quoq; marinorũ. Itaq; sic constitutam rem habeo œconomicam, vt opsonari identidem possim si libitum sit: non etiã vt mihi sit necesse. Verum tute quid cẽses sacrarũ

concionũ frequentator? nũ & gulam & mẽsę lautitiam nitoréq; intendere ob ieiunium, pietatis esse putas & sacerdotũ sanctimonię? an potius ieiunii & abstinẽtiæ ludificationem, ac ludibrium religionis? Nisi vero bonę fidei cõuenit, gratũ id Deo sacrificium abstinẽtię existimare & cõplacitum: vt per speciem ieiunii, qđ cibis ipm parabilibus melius q̃ structoris egẽtibus peragitur & sustẽtatur, prætextum helluatiõis arripiamus, liguritionisq; patrocinium. Sed tamen ipse vt lubet corpusculũ curato: piscium etiam satietatem opusculis dulciariis, placentulisq; cumulato: sint tibi Liberi bellaria quæ dicũtur splendidę mẽsæ clausula, cũ crustulis tenellis & saccharatis aromatite innatãtibus: quarum delitiarũ exemplum hic esse nullũ hoc tempore aut certe rarum fateor. Ipse tenuitate victus nõ sordida, sed frugali, sanctius atq; innocẽtius cẽseo peruenire ad sanctificũ illud crustulũ artocreasq; viuificũ, quo epulari die CHRISTI vesci sobrii demũ coepulones ieiuniq; solemus. Proinde hoc genere lactare me, in vrbẽq; e villa pellicere non potes. Restat illud alterũ, in quo nõ tam promptũ est expedire defensionẽ, prę scriptioneq; philosophica intẽtionem tuã summouere: quæ nõ ad corpus iam ipsa, sed ad animũ pertinet, qui negligi sine scelere nequit. Tametsi ꝙ seuere me admõnes huius tẽ-

poris rationem esse habendam, qđ (vt ita dicam) pietati & cerimoniis religionis orthodoxæ debet esse feriatũ, amice id tu quidem, atq; ex auctoritate sacerdotii, & tanq̃ iure tuo facis: nisi ꝙ paulo serius id tibi in mentem venit vt faceres: fortasse posteaq̃ amicus quidã meus mandato meo te salutauit. Sed fac esse vt tẽporius admonueris: an ego cõfestim cõcionum elegãtium desiderio vxorem liberosq; valere hic destitutos iuberem: vt dicto audiens tibi essem? an liberos & familiã, & larem deniq; familiarẽ ad annũ hic cõstitutum & compositum, abrupto cõsilio in vrbem deportarem? Id qđ si facere mediter: omnia pene huius mei vici vehicula pro imperio comprehendi vt iubeam necesse sit: hoc intempestiuius etiam ꝙ vernacta iterantur nunc ad semẽtem. Deinde vt vtrobi domũ domiciliũq; habeo: ita etiam penũ hic & istic instructam & refertam habere me credidisti? Ecquid tu dignam potius istius cõcionatoris eloquẽtiam esse censes: quãobrẽ succidiã a propola esitare, vinũ a caupone bibere, peregrinari ĩ vrbe, domi deniq; meę hospitari debeam? Atqui rudimenta œconomię, vt video, nondũ plane posuisti, qui rei familiaris tam sis incõsiderans. Tametsi hoc anno binas ędes mercatus cõtinentes, quasi habitator desultorius idẽtidem cõmeas in vtrãq; intergerino pate

facto. Mihi omnia impeditiora q̃ vt desulturã sic possim factitare a villa in vrbẽ, in villãq; ab vrbe. Nimirũ (vt dixi) aut nondũ plane tenes omnem œconomię rationem, aut rationẽ tibi excussit hominis admiratio ex loco superiore de rebus diuinis declamitantis sublimiter, ornate, & vehementer. Quibus auditionibus ita incitatus es fortasse ad rerũ cęlestium curam intentionẽq;, vt iam hæc inferiora indigna esse cẽseas animaduersiõe. Equidem videre mihi videor animũ istum tuũ, figmentis dudũ poeticis addictum impẽsius, cõmentisq; antiquitatis imbutum religionis nescię, egregieq; tinctũ, pro eo vt illis studiis nunc ardeat, charitate pia flagrãtem, ac pietate perfusum, totumq; in earum rerũ meditatione immersum, in quibus altius impressa visuntur vestigia veritatis ferentia ad summã ęternãq; felicitatem. Nam sacrorũ voluminum lectionẽ, rerumq; diuinarum cõtemplationem quę animo tm̃ percipiuntur, quid aliud esse dicas q̃ veluti cõtrectationem quãdam iucũdissimam pignoris & syngraphę superne nobis datę, ne in dubiũ veniremus de pollicitationib9 Domini nostri CHRISTI, deq; spe ęternitatis diuinitus pronunciatę? Istiusmodi habitum affectionẽq; animi gestiente religione perciti, quam in te nunc agnosco, lectione sępe, auditione interdũ ex-

pertus sum in meipso. Sic sunt profecto res cęle-
stes: ea est vis cōmentationis pię: is (vt ita dicā)
genius sacrorū monumentorū, vt qui iis legendis
contemplandisq; se bona fide enixeq; dederit: is p-
uertendam eā curā intentionēq; rebus aliis omni
bus animaduersionibusq; statuat. Sed ea est (vt
nosti) naturę nostrę inconstantia, sic obnoxia cō-
ditio animorū etiam (qđ miremur) ad imaginē
diuinam creatorum, vt simulac mentes excurrere
curiose cœperint & errabunde, spiritualium rerū
facessat admiratio: tum subinde obliuio surrepat
specierū mirificarum, intelligibiliūq; rerū, quæ no
bis contemplantibus versari ante oculos cōspicue
videbantur. Num pene contritū scimus ac vide-
mus euangelium, partim in suggestis vociferādo,
partim legendo decantandoq; dum res fiunt diui
nę? & tamen ius nullum minus hodie vsurpari no
tum est, q̄ duo prima legis euangelicę capita, qui
duo iuris apices summā iustitię continent. Quan-
tum enim loci charitati a CHRISTO institutæ
vtriusq; imperii formulę: quātum ius moribus cō
stitutum: quantum deniq; vita profana iuxta atq;
initiata reliquisse nunc videt'? Quid autē manife-
stius, quid est qđ minus inficiari possimus, q̄ con-
siliis nostris & factis publice, priuatimq; dicta no
stra refelli? An vitæ innocentia respondet doctri-

nę,quã vt ſanctã,diuinam, cęlo delapſam exoſcula mur? Quotuſquiſq; eſt hodie etiam veſtri ordinis qui cohortem CHRISTI efficit,quin rubi faſciculũ libentius,q̃ paupertatẽ,ſimplicitatẽ, tolerantiã amplexetur: aliaq; bona nomenclaturę euangelicę:quę diuino elogio in prima cõmendatione ſunt poſita? Qz ſi repetere exempla nõ grauaremur ex annalibus ſacris,quot,quantos,q̃ locupletes teſtes excitare e monumentis,vel e cęlo potius deuocare poſſemus:ad aſtruendã huius ipſius doctrinę auctoritatẽ? Sed ſcilicet obſoleuit iam vitæ ratio in ſummam innocentię ſubducta, vetuſtaq; abſtinentię exempla male ætatẽ ferũt. Iãdiu enim corrupti mores ſeculorũ ſucceſſione quaſi per manus tradũtur,parẽteſq; liberis ac nepotibus deinceps poculum erroris allucinationiſq; propinant. Noui q̃ iſta ratio frigeat ad populũ & proceres: ſed memini quicũ ſermociner:tecum ſcilicet ab illo ſacro oratore feruenti, claſſicoq; inſtincto veritatis e ſuggeſtu promulgatę. Quapropter cum in lubrico agnitę veritatis complexus ſit poſitus:nobis dũ res calet vidẽdũ eſt etiã atq; etiã vt ꝓpoſitũ cõfirmemus:vt conſiliũ inſtruamus ac roboremus adeũdis ſenſim cõſulendiſq; oraculis:vt ea retinacula certę & exploratę fidei arripiamus, cõſertiſq; digitis comprehẽdamus,quę abrumpi facile

nequeant aut dissolui. Ne si nos rursus cupidita-
tum æstus & curarum abducentium a veritatis
intelligentia, ab eaq; abhorrentium, in altum erro-
ris discriminisq; referat: ibi iã gubernacula ratio
sensibus eripere non possit, aut præripere: nec sa-
cra in salo anchora se stabilire. Idq; eo enixius pro
uidendum, ꝙ ita fere vel natura vel moribus cõ-
paratum est, vt qui in vastum illud pelagus cupi-
ditatis auferendos se dederunt: quasiq; prouehen
dos fortunę Fauonio: non in vado quidem illi agi
sese aut in portu, sed littus affuturum statim pu-
tẽt: rationem etiam pręsto futuram prima quaq;
occasione confidant, quæ nauem retro inhibeat;
in portuq; statuat cum res ita tulerit, idest cum
omnia permensi fuerint quæ animo destinauerũt.
Verum mihi cum hæc loquor, cælum iam vndiq;
& vndiq; pontus. Idcirco vela contraham iucun-
dę digressionis. Nam quid iucundius animo Phi
losophię despõso, q̃ ex negociorum tędio quę tot
nobis vita exhibet, paulisper interquiescere in ve-
ritate inspicienda? Magnã vero in opinionẽ apud
me venit sodalis ille Franciscanus, qui tibi acri ho
mini ac seuero ingeniorum arbitro, meaq; senten
tia incorrupto, vsqueadeo se probauit: si quidem
ex animi sententia ad me scripsisti: id qđ mihi
persuadeo. Atqui torrenti hominem esse opor-

tet eloquentia, qui te sic totum rapuerit, secula-
riq; vitæ & turbulentæ fortasse abstulerit. Quem
tamen ita demum iudicabo aculeum in auribus,
fauumq; (vt ita dicam) Suadę illius flexanimæ
relinquere in præcordiis auditorum: si feruor il-
le charitatis quo tua nunc mens flagrat, deuo-
tæq; CHRISTO pietatis igniculi, ab ipso nunc
excitati & inflammati in animis ad se ventitan-
tium, ne tum quidem conciderint atq; emarcue-
rint, cum folles reflaccuerint: audiriq; ille desie-
rit qui vobis delachrymationem excussit. Non
dubito socium tibi esse in eius admiratione, de-
prædicationiq; tuæ magnifice subseruire, homi-
nem vtriusq; nostrum amantissimum, rerumq;
diuinarum cupidissimum Stephanum Blancum,
ratiociniorum Regiorum actuarium. Cui iam ne
quęrcetum quidem illud suum cordi est (vt opi-
nor) qđ nuper instituit. Villa etiam amœnissi-
ma sordet præ meliorum rerum æstimatione.
Nam afflictam in te animi alacritatem suspi-
cor, orisq; festiuitatem abiectam, aut deposi-
tam, qua tu copiosa tua conuiuia etiam exor-
nare solebas, gratioraq; reddere. Agedum ma-
cte esto Germane egregia ista voluntate, vi-
tæq; insontis & exactæ cupiditate: quando cu-
ram iam, vt audio, atq; etiam ex literis tuis

facile coniicio, antiquiorem nullam habes, q̄ vt a capite periculum propulses, fortunis iam parum intentus. Facile autem cum voles in hoc tuo consilio assensore me vtere, q̄q̄ procul agente ab illis vestris suasoribus. Sed vt mihi olim ludi magister fui in literarum bonarum disciplina, adnitor etiā nunc suasor esse mihi ad studium emendatioris vitæ. Sunt & mihi sacrosanctæ doctrinæ libri, ex quibus illi mutuantur quæ de loco superiore dilargiuntur. At deest actio & spiritus orationis, sine qua sentētię ipsę iacent. Si tu persuadendi vim in charitate incitata ponis, in vultu ipsa, oculis, & voce eminente, fateor. Sin tu in actione hypocrisiq; oratoria, cur non possim mihimetipsi lectorem me sistere, iacentem in libris orationem excitare, animamq; inanimæ inspirare, schemata deniq; & gestus congruos accommodare? Sic fere mihi vices supplere solitus sum earū rerum quas mihi vel fortuna, vel vitæ institutum negauit. Hanc vero commentationem vltro nobis intendit huius hebdomadę sanctitas, quā ritus germanę & rectę religionis destinauit Soteriis agēdis. Siquidē maiorū institutis Seruatoris nostri supplicíū æternæ memoriæ cōsecratū est: vt nobis salutare. Quippe cui oēs mortales, alteris quidē certe natalib9 orti, mysticaq; genitura & adoptatitia

filii, λύτρα debent & σῶστρα. Quæ cum ipsa dissoluere nõ queamus, par est vtiq; debitum saltem vt agnoscamus, conditionẽq; obnoxiam, nisi ob noxã dari volumus: eum etiam veluti Seruatorem colamus, veneremur, obseruemus obsequiosissime, qui nos exemit noxę. Is ante diem decimũ Calendarũ Aprilium acerbissimum supplicium seruileq; perpessus (quo die imperium mundi orco abrogatũ est, truciq; eius ministerio) vno die interiecto a morte excitatus, genus humanũ natalibus mirifice restituit: quem diem nunc festũ agimus in memoriã naturę ĩstauratę. Et fuit assurrectio CHRISTI reuiuiscentis, excitatio naturę humanę intermortuę: vereq; vt dicã mortis internicio. Ad hos dies celebrandos cũ amice nos euoces atq; officiose, quasi nec recte nec ordine operam hic sacris dare possimus: iustaq; diuini cultus implere, ob penuriam scilicet interpretis sacrorum, quum sacris nũc panegyricis omnia prope fana in vrbe circũsonent: gratiam quidem ipse tibi pro nostra amicitia habeo: non etiã hoc tibi do, vt si copiosius istic vobiscũ atq; affluentius qua sacris qua ꝓfanis rebus, cõmodius quoq; & felicius agatur. At enim concionibus caremus hoc tẽpore, cũ maxime tempestiuę sunt & ꝓpe necessarię. Nos vero plærũq;, (ingenue enĩ fatebor) atq; eius notę theologorũ

qualis est ille qui te totũ elucratus est & possidet. nisi manu miserit. Nec tamen ipsi nõ habemus in terdũ auditiones tũ iucundas tum vtiles eorũ qui vicatim tyrociniũ factitãt: nõnũq̃ etiã veteranorũ quasi prouinciam obeuntiũ: qui nec ipsi a corona destituũtur, qđ in vrbe multis accidit: vbi nõ tam stat religione huius professionis gratia & auctori tas (si verũ dicere licet) q̃ lepore & salibus, & il lecebris sermocinationũ: neq; fere tãtũ esse operę preciũ doctrinæ existimatur, nisi sit quippiam qđ proritet religionẽ, a facũdia illud quidem aut acri monia accersitũ. Sed sit hoc nobis incõmodũ: ꝙ vt piscatu illo grandi & copioso, sic grãdibus illis etiam expiscatoribus animorum non abũdamus. Quorũ tamen euerricula concionũ ingenti strepi tu iactata ductaq;, capturas plęrũq; referũt perexi guas: vt in aquis piscantiũ verricula videmus sępe per summa phellis lusitãtibus speciem ingẽtem ca pturę fallacẽq; pręferre, cũ sinus ipse extremꝰ hęr bulas aut quisquilias trahat pisciculis immixtas. Vtinã autẽ (ne inuidere me homini putes) in nas sam eius luculẽta vis pisciũ maiorũ tuiq; similium tecũ insinuarit, ne retrocedere scarorũ more pos sitis. Ita enim ex ore ipsius pendere nũc diceris: vt ceruicem inseruisse in eam te existimẽ. Verum sit hoc vnum nostrum (vt dixi) incõmodum: quot id

tandem cum commodis secessus ac beatæ solitu-
dinis possumus compensare? Atqui velim sic exi-
stimes, ita me illecebris huius habitationis ca-
ptum, ita inuitamentis huius ocii conuersatio-
neq; delinitum: vt gratulari mihi non desinam
q hoc consilii cœperim: tantum abest vt pœni-
tendam mihi ducam hanc commutationem do-
micilii. At isti quibus libertati litare nunq̃ con-
tigit: tanq̃ mei furtum fecerim, aut alio quo-
uis modo inconsulte de me statuerim, insecta-
ri insistunt. Quos ego iudico vel rationum mea-
rum constitutionem non capere, vel non intellige-
re quid sit hominem optime de se mereri. Id qđ
de te iudicabo, si posthac te intellexero subscri-
ptorem eorum esse opinionis. Quantum autem
id esse arbitrare, q nec oculis, nec auribus
sorbere cogor tot indignitates quibus res vrbi-
cæ ciuilesq; implicatæ sunt? quanti me facere q
omnium dierum vacationem, omnium horarum
libertatem, omnibus numeris absolutam habeo
immunitatem functionum atq; officiorum a stu-
dio literarum abhorrentium, cui me totum di-
caui? Iam magnum hoc per se compendium bo-
næ operæ, q in illo diuersorio inertis ocii quod
publicum est ambulacrum, statis horis non ni-
si raro videor in turba prodeambulantium.

Nec vaniloquētię famigeratorū auſculto. Magnū moleſtię, mendacii, ęſtus, angoris lucrū: ꝙ cœnas prandiaq; condicentibus, non excuſare negocium non cauſas ementiri me oportet, nō temere interdū promiſſa officia aut renūciare, aut turpiter deſtituere. Quid ꝙ tāta trāquillitas apud me interdiu, tāta libertas ab interpellatoribus: tātū deniq; ſecretū ab arbitris cū viſum eſt, quanta eſſe apud vos concubia nocte poteſt? Et tu vrbem mihi ſub diem hunc feſtū repetendā eſſe cenſes ad expiationem animi, quæ nobis neceſſaria eſt ad epulum CHRISTI venturis? Quid ſi multi ſunt qui alioquin in vrbe aſſidui: & ſeſquipedē a foro nō diſcedentes: tamē his diebus frequentiā vrbis fugitantes in vicos dilabūtur: tāq̄ melius ſe luſtraturi procul ab vrbis obturbationibus? Verū amabo te mi Germane iocon, an bona fide hęc tu verba aut in hanc ſententiā ſcripſiſti, cupiſſe te quoquo modo tędiū mihi ruris leuare? Nō opinor. Quid mereri me velle cēſes vt conſiliū hoc mutē? Vtrū in aula gratiā ſecundariā: (nam primū tueri auctoritatis locū nequirē) vt nūciū hoc anno remittā ſolitudini huius villę, quę mihi benigna ſuppeditatrix eſt ocii liberalis, qđ ſemꝑ feci plurimi? Certe hoc credes iniurato, niſi vir bonus eſſe ęquuſq; mei exiſtimator deſiiſti, ex quo Theologis te agglutinaſti:

hoc nimirũ (inquam) mihi credes, nihil tãti nũc esse quãobrẽ retexere rationẽ consilii mei mihi ꝑsuadeã, quã ætate iam vergente cõstitui. Cuius cũ pars sit hic secessus, quẽ ad tẽpus cõplexus sum: mihi (vt spero) nec excuti, nec extundi, nec extorqueri poterit: nisi vi adhibita maiore. Literarũ tuarũ lepore iucũditateq; delectatus, hucusq; præter destinatũ produxi epistolã, longius (vt opinor) q̃ captus ferebat epistolaris. Sed animo libentius atq; amicitię, q̃ legibus Technicorũ seruio: quarum quidẽ sanctiones viris magnis nõ fuisse sacrosanctas videam. Vale. καὶ τὰ τῆς δὲ τῆς ἐπιστολῆς, τὰ μὲν παιγνιωδῶς ἔχειν δοκοῦντα, ὡς πεπαιγμένα ὑπειλήφθω ὑπό σου. τὰ δ' ἄλλως ἑτέρως εἰρῆσθαι δοκοῦντα, ταῦτα δὴ σπουδαιολογούμενα νενομίσθω κατὰ τὸν ἐνδεχόμενον τρόπον, τὰ πρὸς τὸ θεῖόν τε καὶ τὴν εὐσέβειαν ἀνήκοντα. ταῦτα γάρ ἐστι τῶν οὐκ ἐνδεχομένων γέλωτα, καὶ τῶν τῆς παιδιᾶς ἀπηλλαγμένων. In Marliano nostro. Pridie Nonas Aprileis.

Gulielmus Budęus Francisco Deloino salutem dicit solita vberiorem.

AMbas tuas epistolas accepi Parisiis cum festinans in Sãmorianũ meũ in transitu domum viserẽ. Ex quibus intellexi qd ageres, vbi esses, quonã modo ageres. Nec tamen inopinatus omnino fuit nũcius. Audierã enim ex primo Pręside, quem

in transitu ad aliquot millia deduxi comitando, tē in prouinciam illā tibi debitā desponsamq; nō ituꝛum ob valetudinē nondū satis restitutā & firmā, vt quidē tu longinquā peregrinationē & difficilē hyeme aduētante susciperes. Non enim se fuisse tibi auctorem. Sed tamē oculorū tm̄ laboris & partis oculos ambientis grauitatē cōmemorabat te perpessum, pustulis etiam erūpentibus, indeq; grauitate corporis & infirmitate secuta. Video ex literis tuis anteriorem morbum in discessu meo cohibitum & pene sanatū, postea recruduisse vlcere etiam suppurante & exaniante. Id vtrum inter incommoda referendum sit, iudicii non est humani statuere: presertim si tempestatem anni, & constitutionem huius autūni perpenderis. Nam preter itinerum molestiam & iactationem ab illa infirmitate oculari, a pestilentibus mansionibus metuendum erat. Et alioquin multis vestri istius & amplissimi ordinis viris antea cōtigit: vt die extremo suo fungerentur huiuscemodi prouincias obeundo, fatali fere tempore autumni vobis curialibus, plures vt fere meminerimus pro portione peregre q̄ domi mortuos esse. Ad reliqua si nondum profectus es, accipe. Primum ab animo me optime, vt siquādo alias vnq̄, a corpore mediocriter valere, ita vt sperare debeam non sanitatem & morbi congeni

ti curationem:sed qualitatem & habitudinem tolerabilem, quæ ferendo sit studio mediocri, cũ rei familiaris haud ita copiosę multiplici & negociosa procuratione. Quæ spes si me non frustra habitura est, ero in eo gradu felicitatis in quo acquiescere possum. Vxor & liberi valent, vxor etiam tibi salutem dicit : ego vero puerorũ noie & puellæ iterũ tibi dico etiã atq; etiã. Si q̃ris quid agã, primum scis me nunq̃ negocio vacare cum ruri sum. Deinde villam etiam triennio iam ædificatam nõ peragere, sed instruere, & quibusdam appendicibus ędificii augere. Vt vno verbo dicam, animum meum scito a Sammoriano meo bona ex parte huc iam migrasse. Spero etiam Philologiam meam eodem animo ad aliquid spacii cõmigraturam cum bona parte rerum quas habet in delitiis & mundo suo non muliebri : qđ ex rerum euentu statuetur & finietur, ne a me eius modũ requiras. Cęterũ velim tu ne ignores, magnę tibi aliquãdo operę me hoc imputaturũ, q; etiã has literas tã longas tibi scribere mihi imperarim, octauo demũ die, abeũte scilicet nũcio id facere adact9 tumultuarie, qđ ego ociose facere ac copiose statuerã. Nunq̃.n. minus animatus ad eã rẽ fui q̃ tũ erã cũ has literas expediui. Totus.n. erã i lectiõe gręca q̃ me totũ iã possidet. Librum vnũ Parisiis accepi;

Roma in fasciculo cursorio allatũ, mihi ab homi-
ne amicissimo missum, egregii omnino & genero
si animi, cõsobrino Sammarsalli, quicũ in legatio-
nẽ pfectus est. A Romageria vocitatur, vir miræ
probitatis inter aulicos, & literarũ admirator. Eũ
librum cũ literis tuis huc attuli ab vrbe, necdũ ta-
men eũ ex inuolucro prompsi. Nosti enim me qua
lis sim, q̃q; pertinaciter incũbam libro semel arre-
pto: vt nulla rerum nouitas auocare ab eo me pos
sit, & inde intentionẽ meam abstrahere & cõuelle
re. Is tanta animi alacritate fuit: vt pro meis scri-
ptis certamen susceperit cũ quodã infeliciter liui-
do (vt videtur) & obtrectãte, qui ex multis meis
erratis vnũ (vt arbitror) & alterũ locum animad-
uertit, & conuiciis vel risu insectari institit, vt opi
nor. Mihi id demũ dolet q̃ ad Romagerianũ re-
scribere non possum, & gratum animũ ostendere.
Erasmus etiã ad me scripsit literas egregie lõgas,
in quibus post alia permulta, lamentatur vel fortu
nã meam vel dãnum literarum, ex eo futurũ q̃ iã
inter aulicos profitear, cum iãdiu vt nosti ex mani
pulis illis me expũxerim. Cui ego iam græce respõ
di, sed literę apud me asseruantur inopia & rarita
te, aut etiam defectu tabellariorũ, qui nulli cõmeãt
hoc tẽpore. Is plurimũ orauit me: vt eum apud te
purgarẽ q̃ nõ rescribit literis tuis. Ex quo cõiicio

eum mox ad te scripturum. Literas ad te vt mitterē, nec causa erat, nec occasio. Latine enim magna ex parte nō scriptę sunt: & verebar ne intercideret cū in vrbe non esses. Vale, quoniam sonitu tintinabuloꝝ ad sacra vocabar. In Marliano nostro, die festo diuo Michaeli. Verū heus tu caue posthac cū scripsero, ne tu omittas vxori me tuę & vtriq; filię salutem a me dicere, etiam si oblitus fuero. Saluta Beraldum siquando te inuiset, & tuum meūq; Brixium, quem tamen raro nunc te visere autumo.

Gulielmus Budęus Ioanni Picarto. S.

IAm mihi hoc persuasi, tam occupatum esse me nō posse: vt tibi feriatū esse omniūq; horarum amicū non necesse sit. Itaq; etsi literis necessariis distētus eram, tamen cū tuas sub horā cœnæ nūc acceperim plenas humanitatis: officii mei esse duxi hoc quoq; epistoliū scribere, quasi accessionem eius epistolę quā dudum, idest nudiustertius accepisti. Prę sertim cū tribus tuis epistolis paucis diebus mihi redditis, paria facere non potuerim vna eadēq; mediocri epistola. Sed q̄ tua est ęquitas, facilem ipse mihi veniā a te promittere possum, si iustas tibi vices huius officii nō repēdo. Nosti enim q̄ mihi multis scribēdū sit, q̄ sim lectioni deditus. Deniq; operam a me condictam in alia re, non nescius es. Cui cum ipsi accingi meditarer: iāq; tra-

ctare chartas, stilūq; exacuere cœpissem, fasciculus a te mihi literarū redditus est, qui sesquihorā exemit, quātam scilicet tēporis intercapedinē intercipere a vespertinis precationibus ad cœnā datum erat. Cū autē is qui literas attulit, matutino discessurus sit, & lucubrare a cœna nō solitus sim, nunc Germani Brixii literis non respondebo, viri cū primis vtraq; lingua docti & elegātis. Et est id argumentum literarum, qđ totū hominem, priuatamq; sibi cōmentatiunculam poscat. Neq; enim vt in tuis & fratris, sic ī eius literis ludicra res agitur: vt qui cōmonefaciendū me duxerit rei ita ad me pertinentis, nihil vt prçuertendū ei meditationi actioniq; habeā, si de me aioq; meo mereri optime cōmodissimeq; velim. Quocirca gratissimam mihi rem feceris, si ita cum eo egeris, vt intelligat quāobrem literis eius non rescripserim: interimq; salutem illi hoc epistolio dices, si ita occursus vester tulerit. Vale. E Marliano nostro. Calēdis Aprilis, & Palmaribus.

Gulielmus Budęus. N. P. Sal.

MVltum te amo de ingenio nouo qđ tibi iam induisse te video. Macte ista eleganti vrbanaq; comitate esto, ista obseruantia hominū q oia proborū causa virtutisq; cupiūt. Dabo te mihi certe propediem in eam disciplinam, si vrbem repeti

uero, vt saltem rudiméta huius artificii discã. Nũ-
q̃ te suspicatus sum mente quoq; tam versatili fo-
re: nam ingenium iãdiu percognitũ habebã, quate-
nus quidẽ certe innotescere homo homini potest.
Enimuero gratulor tibi recentẽ villę amplę acces-
sionem, cuius nomine atq; omine festiuo oblecta-
tũ te esse oportet, augurioq; animi certo amploq;
exhilaratũ. Nunc intelligo quãtum hunc meũ fun
dũ contẽnas & nihili facias, præ illa tua villa lauta
sane & magnifica. Puto etiam opimam illam tuã
tibi iam sordere suburbanam, quã anno superiore
instruere cœpisti. Hic vero te tui officii cõmone-
fieri a me non alienum puto rationibus meis. Scis
me in ista ampliore iuris nõnihil aliquando vendi
casse, ius etiam possessoris non pridem vsurpasse
nec cõtrouersum: quã causam cũ ad te detulerim
vt consultũ & amicũ, vide per amicitiã nostrã, pq;
ipm numẽ amicitię pręses (φίλιον Gręci vocant)
ne me de ea possessione deiicias, cui hoc anno in-
cumbere nec corpore nec animo potui. Nihil de
iure tuo moueo: iniuriã tm̃ deprecor. quod sine ca
ptione mea fiat, hac villa, hac luculenta rationum
tuarum accessione auctus sis. Mihi si angulum in
latifundio inuideas, causam haud dicere poteris
disceptantibus cõmunibus amicis, quin tu amici-
tię iura & necessitudinis prę tuis commodis pro

nihilo duxisse ac calcasse videare. Tu hac de re sta
tues, existimationiq; tuę simul & indemnitati meę
consules. Q̃ꝙ si cõtra animi tui naturã proteruus
esse offirmaris (qđ diui omen auertant) ita mei
officii, ętatisq; in hac amicitia cõtritę ratione ha-
bere mihi imperabo, vt nec tibi amicitiam renun-
ciem: nec ex iure manu consertũ te vocem: aut ti-
bi iudicem ex amicorũ albo feram. Nec vero ideo
hæc testificari mihi in mentẽ venit, ꝙ vel me pa-
trũ iure subnixum putem, vel nõ tuam esse tantam
ęquitatẽ, tamq; mihi spectatã & probatam confi-
dã: vt nõ meum seruare potius a te iudicante te, q̃
alio quouis amico cõmuni possim: Sed queadmo-
dũ constantię meę esse duxi, cõmunem inter te &
me cõtrouersiam arbitrio tuo permittere, sic ęqui
tatis tuæ erit nõ summouere me ab actione causę
meę, quãdo ita ferre videtur huius iudicii & con-
trouersię ratio: vt hominẽ alium ad eius cognitio
nem admittere debeamus neminem. Ne illud qui
dem dare mihi grauabere certo scio: vt ad huius
causæ disceptationẽ probitatem tuam amicitiãq;
adhibeas altrinsecus assessuras cupiditati. Etenim
cũ ꝓbitatis integritas Zygostatica fide modera-
bitur examen iuris inter nos controuersi, tũ vero
amicitia, cuius munus est inter amicos omnia fa-
cere cõmunia, quæ quidem lege non excepta sint,

lancem (vt spero) meã quoquo modo propẽdere ita faciet, ne villę late patentis possessionem vni tibi addictam cum ramentis (vt dicitur) auferas: ab hoie illã tibi amicissimo abiudicatã. Id qđ si factũ erit, iudicẽ alium nõ appellabo. (Ad qđ enim possem iudicium sanctius te prouocare?) Diuum tantũ superumq; fidẽ implorabo, mihi vt patientiam deesse non sinant & ęquanimitatem. Tibi autem etiam etiamq; in hac lite vidẽdum est, ne plus rei tuæ amplificandæ q̃ tuendę existimationis studiosus fuisse videare. In hac enim demũ causa statuetur vtrum tu istam integrę personæ opinionẽ fallaci rumore collegeris, potiusq̃ ratis certisq; documentis. Quid autem si certare tecum in animũ induxissem interdicto retinẽdę possessiõis? quid tandem vetaret quo minus vel absens tanta intercapedine temporis possessionem animo retinuisse me contenderem? Pręsertim cum propinquum hominem habeam tibi iam factum familiarem, in loco assiduum, negociorũ meorũ gestorẽ, vt confido. Sed iã plus aquæ fluxisse mihi sentio, q̃ causæ mediocritati infusum esse videatur. Venio ad illũ epistolæ tuę locum: Tamẽ vt verum fatear, nescio quis mihi scrupulus subortus est. O hominem te semper in vado sollicitum: in re certa trepidum, in rebus lętis obnunciatorem. Apage hinc istũ odio

ſum ſcrupulum,ne ratum(vt ita dicam) auſpiciũ omine incommodo dirimas. Lætitiam ex literis tuis conceptam excepit nuncius triſtis ab vrbe, qui mihi mœrorem prope peperit,certe angorem reliquit expectationemq; ſollicitam. Certior enim factus ſum de ęgrotatiõe grauiſſima vnius & alterius ac plurium propinquorum meorum. ob quẽ nuncium ſtatim iſtic aduolaſſem, niſi me nuncius incõmode oppreſſiſſet. Fac me certiorẽ an literas meas reddendas Deloino curaueris. E Marliano.

Gulielmus Budęus Ludouico Ruzęo.S.P.D.

EIa tu qui ad me hominem tibi amiciſſimum, rerum tuarum cupidum,pro epiſtola grandi grandiorem piſcem miſiſti,ſiue eum Lumbricum ſeu Murenam vocitas: mei certe nec palati,nec ruſtici foci piſcem.Atqui vt ſcias q̃ mihi gratã rem iocundamq; hodie in animum induxeris:nihil propius factũ eſt,q̃ vt ego iudicarẽ literis te meis irritatum,hoc mihi negocium exhibere voluiſſe,nõ munere delectare,& mihi commodare. Principio non neſcius eras,q̃ frugalium menſarum aſſecla libentior eſſe ſoleam,q̃ earum q̃ luxu inſignes ſunt, aut variis generibus extructiores. Deinde cũ ſim capite tm̃ cauſarius,me ita eſſe conſtituta cibi appetentia:vt nec liquaminibus cupide vtar gulã ir-

